



# In prophetam Amos, Ioha[n]nis Brentij Expositio. : Cum praefatione Martini Lutheri.

<https://hdl.handle.net/1874/430326>

*IN PROPHETAM*

*Amos, Iohānis  
Brentij Ex/  
positio.*

*Cum præfatione Mar-  
tinī Lutheri.*

*Haganoæ in officina .  
Secceriana.*

*M. D. XXXIII.*

# VENERA

BILI IN CHRISTO

viro D. Johanni Brentio, discipulo

& confessori Christi, Ecclesiae

Halenensis presbytero si-  
delissimo.

**G**RATIAM & pacem in Christo Iesu Domi  
no nostro. Redit ad te, optime Brenti,  
Amos tuus quem ad me iam dudum  
miseras. Non est mea culpa, quod tardius ædi-  
tus est, sed uoluntas eius cui donasti, Qua rati-  
one is motus sit, incertum est mihi. Verum q  
ui pro humilitate spiritus tui, torum hunc Cō-  
mentarium meo iudicio subiçcis, ut mutem, ad  
dam, detrahām, quæ uiderentur mihi, absit a  
me, ut in hoc te audiam. Cum enim inter pro-  
phanos odiosum sit, in alieno libro ingeñio-  
sum esse, multo magis inter Christianos intò-  
lerabile est, sibi magisterium super eiusdem spi-  
ritus, an ex Deo sint, ubi probati fuerint, tum  
mox uenerari & osculari, ac posito magisterij  
superçilio, discipulum potius fieri. Nec enim  
potest fieri, quin, ubi Spiritus sanctus loquitur  
talia loquatur, quæ omnem hominem uenien-  
tem in hunc mundum sibi subiçiant & discipu-  
lū faciant. Siquidē sapientię eius nō est nūterus.  
Ego uero

# MARTINI LUTHERI

Ego uero præter hoc generale encomion spiritus, de tuis scriptis sic sentio, ut mihi uehementer sordeant mea, ubi tuis tuisq; similium scriptis comparatur. Non adulor, nec fingo, sed neq; ludo neq; fallor. Non Brentium, sed spiritum prædico, qui int̄ suavior, placidior, quietior est, deinde dicendi artibus instructus, purius, luculentius & nitidius fluit, itaq; magis afficit & delectat. Meus uero, præterquā, quod artibus dicendi imperitus & inculitus, nihil nisi syluam & cahos uerborum euomit, tum etiam eo fācio agitur, ut turbulentus & impetuosus, & uelut luctator cum monstris infinitis semper congregandi cogatur. Itaq; si licet paruis compone magna, nūhi de quadruplici spiritu Elize,  
4. Reg. 19. uentus, motus & ignis, qui montes subuerit & peiras conterit, ubi autem & tui similibus, sibilus ille blandus auræ tenuis, qui refrigeret, contigit. Ita sit, ut etiam mihi ipsi, nondum alij, gratiora sint scripta & uerba uestra. Solor tamen meipsum, quod existimem, imo sciam, patrem illum familias coelestem, pro magnitudine suæ domus, etiam opus habere uno aut altero seruo, duro contra duros, & aspero contra asperos, ueluti malo cuneo in malos nodos. Et tonanti Deo, opus est, non tantum pluvia irrigante, sed etiam tonitru concutiente, & fulgure auras purgante, quo felicius & copiosus terra fructificet.

A. 8

## P R A E F A T I O

Verum hoc donum Dei præ ceteris in te singulariter amo & ueneror, quod iusticiam fidei tam fideliter & sincere urges, in omnibus scriptis tuis, Hic locus enim caput & angularis lapis est, qui solus Ecclesiam Dei gignit, nutrit, edificat, seruat, defendit, ac sine eo, Ecclesia Dei non potest una hora subsistere, sicuti nosci & sentis. Argredo sic instas, Nec enim quicquam recte docere potest in Ecclesia, neque ulli aduersario fœliciter resistere, qui hunc locum seu uti Paulus appellat, hanc sanam doctrinam non tenuerit, uel, ut idem dicit Paulus, tenax eius doctrinæ fuerit. Quo circa saepius, & pene cum indignatione, admiror, quomodo D. Hieronymus, nomen Doctoris Ecclesiæ, & Origenes Magistri Ecclesiæ post Apostolos, meruerint, cum in utroque autore, non facile tres uersus inuenias, de fidei iusticia docentes, Nec Christianum ullum facere queas, ex uniuersis utriusque scriptis, ita vagantur allegorijs rerum gestarum, aut capiuntur pompis operū, Nec alius fuisset S. Augustinus, nisi Pelagiani eum tandem exerciſſent, & ad fidei iusticiam tuendam impulſſent. Qua lucta & exercitio euasit uere Doctor Ecclesiæ, ac pene solus, post Apostolos & primos patres Ecclesiæ.

Non quod illustribus patribus demahere uelim, & oculos cornicum configere, uti Hieronymus ipse uocat, sed quod putem admo-

## MARTINI LUTHERI

nitos nos omnes esse oportere, ut patrū scri-  
pta cum iudicio, eocq; diligentissimo & acutissi-  
mo, legamus, secundum regulam illam spiri-  
tus sancti, omnia probate, & iterum probate  
spiritus, ut simus animalia mūda unguis fissis  
& incædētia, Quod qnō faciūt, uidemus, quā-  
tis incertæ doctrinæ uentis circumferantur, &  
opinionibus in infinitum sese gignentibus, sur-  
sum deorsum agitentur, semper discentes, &  
nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes,  
Ethæc non tantum uidemus, ipsi quoque ex-  
peri sumus, cum in eisdem turbis dogmatum  
rotaremur, donec gratia Dei nos transtulit in  
portum, & supra hanc certam petram aedifica-  
uit, ut certi simus, quid doceamus, discamus,  
habeamus, nec ultra sic fluctuemus. Quare te  
rogo, ut pergas, optime Brenti, sicuti facis, hūc  
locum iusticiæ, strēnue & usq; ad fastidium ur-  
gere per omnia & ubicunq; poteris. Nam ple-  
nus est alias satis totus mundus scribentibus,  
clamatibus, cudentibus: qui ualde fortiter hūc  
locum negligunt, multi deniq; persequuntur,  
plurimi (cum aliud nocere non possint) obscu-  
rant aut corrumpunt. Nec mirum, nam hic est  
ille unicus calcaneus, seminis antiquo serpentil  
aduersantis, qui caput eius cōterit, Ideo Satan  
rursus non potest non eidēm insidiari, Verum  
etsi noceat insidias infinitis & pertinacissimis,  
tamen uincere & conterere non potest, sicut

A 5

## P R A E F A T I O

Scriptum est: Ipsum conteret caput tuum, Non  
est scriptum, Tu calcaneum uel caput  
eius conteres.    Gratia Domi-  
ni nostri Iesu Christi sit tecum,  
Et ora pro me. Ex Eremo  
XXVI, Augusti.

T. Martinus Luther,

SUPRAEFA-  
TIO IN EXPLANA  
tionem Amos Prophetæ.



Vis sit non tam Propheta-  
rum, quam totius sacræ scri-  
pturæ & uerbi uocalis usus  
liber in præsentiarum obi-  
ter præfari. Sunt enim qui  
putat scripturam esse mor-  
tuam, ut uocat, literam, nō  
in hoc datam ut doceat in-  
doctum, ut eruditat rudem, ut confirmer dubium  
ut consoletur afflictum, sed in hoc solum, ut sit  
externum contra ueritatis aduersarios testimo-  
nium, ut aduersariorum ora obstruantur, ne  
præfractius contra ueritatem loquantur. Cæ-  
terum omnem doctrinam, eruditionem, con-  
firmationem & consolationem, a solo interno  
spiritu proscicisci. At qui hæc non est minima sa-  
cræ scripturæ utilitas, quod aduersarios con-  
uincat, & ueritatis osores confuter. Hac enim  
machina, quoties Christus Pharisæos in Euau-  
golio expugnauit, quoties maiores nostri elo-  
quètissimi ab Arrianis pernitiosissimis Ecclesiæ  
hostibus, alij scilicet haereticis solennes uictoriæ tri-  
umphos retulerunt; Et quis tam effrontis im-  
pudentiæ esset, qui, quicquid est doctrinæ, eru-  
ditionis & confirmationis diuinæ, a spiritu san-

## P R A E F A T I O

eo tanquam auctore proficiisci negaret; Sed ita quod uerum est adseuerare, ut interim sacrae scripturæ pondus cōtemptius eleuetur, hoc deum est egregie in donum dei ingratum, & in donatorem deum impium esse. Proinde, ne a ueritatis scopo aberremus, ita hanc cauffam, ruditer quidem, sed tamen ut spero dilucide tractabimus, ut & spiritui sancto sua auctoritas, & scripturæ sacræ ac uerbi ministerio, sua maiestas relinquatur,

Primum omnium dominus deus noster, ut sapientissimus, ita potentissimus rerum artifex, nullius creaturæ uel consilio uel auxilio in operibus suis perficiēdis, nec tanquam inops eger, nec tanquam impotens implorat, sed omnia quæcunque uoluerit, ex inscrutabili sua sapientia conatur, & ~~terragenā~~ potentia consumat. Cuius enim consilium inuocaret summa sapientia; Quis illi fuit, inquit Paulus, a consilij, quis dedit illi prior, & reddetur ei? quoniam ex illo, & per illum, & in illum omnia. Ipse est omnium rerum initium, medium, finis, auctor, tutor, conseruator & consummator. Posteaqua uero mole huius mundi condita, tantus omnium creator sepimo die quietuit, & creaturas suas tanquam bonas & utiles conspexit, nō quidem ab operandi, ut sic dixerim, labore ac negotio cessauit, eadem enim omnipotentia omnina in omnibus operatur & administrat, qua-

## P R A E F A T I O

initio omnia creavit, sed sic operatur ut suas  
creaturas in opere non rejiciat, nec tanquam  
inutiles spernat, uerum ut cooperatores, seu  
ut Paulino uerbo utar, *οὐ περγόντες* sibi ipsi adsci-  
scat, & pro uoluntate sua eligat.

Nec est quod quis protinus reclamet, maius  
statem diuinam minui, quod pars operis deo,  
pars creaturæ adscribatur, nihil enim prorsus  
uirium propriarum creatura ad opus aduehit,  
nihil efficacij sua uirili addit, sed omnia in om-  
nibus D E V S operatur, creatura inte-  
rim pro operis sui instrumento utens, id quod  
ex ordine diuinæ scripturæ exemplis ita com-  
probabimus, ut deinde leui opera eiusdem scri-  
pturæ, siue uocalis Euangeli, siue externi uer-  
bi ( in hac enim disputatione scriptura sacra,  
uocale Euangeliū, & prædicatio uerbi diui-  
ni externa, idem nobis ualebunt ) ratio mani-  
feste intelligatur.

Et ut hinc initium capiam, nonne tota uita  
nostra, quam naturalem uocamus, a solo Deo  
creatore penderit? Nonne Deus est, qui datus om-  
nibus uitam & halitum per omnia? Per ipsum  
enim uiuimus, mouemur & sumus. Huius  
etiam, ut Paulus ex Arato ait, *προγένεσις* sumus.  
Eamus nunc, & negeamus nobis ullos esse hu-  
manos parentes, propterea quod progeniem  
nostram a Deo omnium patre ducamus. Quis  
vero ita insaniat? Tametsi enim solus Deus no-

A .

## P R A E F A T I O

bis uitam & halitum largiatur, tamen hoc, per parentes humanos, electa operationis diuinæ instrumenta perficit. Est & uitæ nostræ cibus ac confirmatio a sola Dei uirtute. Pater, inquit Christus, nutrit: & non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod egreditur de ore Domini. Quid igitur? Num propterea reuicitur panis triticeus, num igitur falso loquitur Abrahā ad hospites suos dicens, Ponā buccellā panis, & confortetur cor uestrū. Et Psalmus menuit cantans: Panis cor hominis confirmat: Itaq; nutrit nos sola Dei uirtus, sed per panē. Et hanc legē Domino deo nostro nemo præscripsit, ipse sibi legem posuit, & nemo dicere audet, Cur sic facis? Posset quidē Dominus nos circa cibum nutritre, posset corpora nostra sine panis adminiculo uegeta reddere, quam eiūam potestate in aliquibus manifeste declarauit, ut in Mose, Helia, & Christo, sed sic uolūta ii eius imperscrutabili uisum est, ut hoc ordine nutrita uonis energiam nobis impertiret.

In libro quarto regum legitur, uiros ciuitatis Hierichonitis ad Helizeum uenisse. & dixisse: Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse uides Domine, sed aquæ pessimæ sunt & terra sterilis. Helizeus ergo accipiēs sal, & egressus misit in fontem aquarum, & ait. Hæc dicit Dominus: Sanaui aquas has, & non ultra erit in eis neq; mors, neq; sterilitas. En audis Do-

minum

## P R A E F A T I O

minum Zebaoth sanare aquas, sed non absque  
fale. Quid magis sterilitati aduersum, quam a  
qua saltat Dominus tamen Deus noster <sup>tunc</sup>  
ingeniosus artifex est, ut quicquid pro sue ope  
rationis instrumento arripuerit, hoc uelit, no  
lit, uoluntatem eius exequi cogatur. Præcipit  
Deus per Helizeum lordani, ut Naamanum  
Syrum septies lotū a lepra purget. Lauatur ille  
septies in Jordane & sanat. Quid hoc? Cura  
tio quidem lepræ a solo Domino est, et aqua  
Jordanis sua natura, tantam uirtutem non ha  
bebat, ut a lepra quenquam emundaret, sed ac  
cepta in manus Domini, pro operis sui instru  
mento, continuo quod demandatū erat, exe  
cuta est. Et ne tam cito a Naamano Syro disce  
dam, uide quælo quid de ipso scriptū sit. Per il  
lū, ait scriptura, dedit Dominus salutem Syrię.  
Nonne regnorū salus ac felicitas a solo Deo  
Opt. Max. constat? Sed cū hanc Dominus  
pro sue uoluntatis beneplacito in Syriā fūdere uel  
let, Naamanū uirū prudētem arripuit, per quē  
opus suū executus est. Dicā aliud, quod ma  
gis miraberis. Quid incertius, qd uanius, quid  
mendatius somnio? Dominus tamē somniū  
in manus suas accipiēs, p illud Pharaoni & Ne  
bucad Nozari futurā ueritatē reuelauit, & Ge  
deoni, quemadmodū in lib. Iudieū scribit, fidē  
suā cōfirmauit. Quid enim non posset omnipo  
tes? Etrursus quid non efficeret creatura alio-

## P R A E F A T I O

qui uanissima in manus omnipotētis accepta?

Venio ad noui testamenti exempla, quibus idem perspicere docebitur. Christus Iesus Dominus noster, cæcum natum illuminaturus, lumen fecit ex sputo, & illeuit lutum super oculos cæci, iubens, ut ad Piscinam Siloa eat, & illuc oculos lauet. Abiit ergo cæcus, lauit, & uenit uidens. An non citius malagma ex luto factū oculos excæcaret quam illuminaret? Maxime si imperitus medicus solum lutum oculis illineret. At Christus λατρός πολλῶν ἀντάξιος οὐδὲν cœnum illud in manus suas accipiens, fecit collyrium longe omnium accommodatissimum & efficacissimum. Ad quid prodest quæsto per se se leuis manuum tactus, is tamen in Christo tantè fuit potentiae, ut & lepram fugarit, uisum cæco restituerit, & mortuo uitâ reddiderit. Quid dicam de simbria uestimenti eius, per quam tanta uirtus in mulierem hæmorrhousam tacite emanauit, ut eam continuo a sanguinis profluvio liberarit? Quid fragilius uoce humana? per eam tamen Christus immūdos spiritus ex hominibus eiecit, Lazarum mortuum et monumento uiuum euocauit, cum uoce magna clamasset: Lazarus ueniforas. Et quod mirabile dictu & factu est, umbra Petri ægritudines uarias ab infirmis pellebat, quemadmodum legitur in actis apostolicis. Vimbra quid per se in anius? ea tamen diuina uirilite apprehensa, di-

## P R A E F A T I O

Uinx quoque uirtutis opera exequitur.

Ab his omnibus exemplis descendo ad id,  
quod est cauſe nostrae proprium. Etenim om-  
nis iustificatio, consolatio, doctrina, eruditio,  
& fidei confirmatio in conscientia nostra, a spi-  
ritu sancto auctore, promotore & consumma-  
tore proficiuntur. Dabo inquit Dominus, om-  
nes filios tuos a Deo doctos. Et rursum. Effun-  
dam de spiritu meo super omnem carnem, &  
prophetabunt filii uestr*i* & fili*e* uestr*e*. Et iterum,  
Post illos dies, dicit Dominus, dabo legem me-  
am in uisceribus eorum, & in corde eorū scri-  
bam eam. Huic conuenit quod in Euangelio  
scribitur. Rogabo, inquit Christus, patrem, &  
alium consolatorem dabit uobis. Et postea, Pa-  
racletus ille qui est spiritus sanctus, quem mit-  
tet pater nomine meo, ille uos docebit omnia,  
& suggeret uobis omnia quæcunque dixi uo-  
bis. Et iterum. Cum uenerit paracletus quem  
ego mittam uobis a patre, spiritus ueritatis, qui  
a patre procedit, ille testimoniu[m] phibebit de me.

Habes spiritum sanctum mentem nostram  
iustificare, erudire, docere & confirmare. Sed  
num hoc opus suum perficit citra creature ali-  
cuius accessum? Quid nō posset omnipotēs?  
Nobis autem nunc non de generali Dei omni-  
potentia sermo est, sed de ipsa operandi lege,  
quam omnipotens omniū creator, sibi pli nul-  
lo cogēte, sed mero suo beneplacito libere pre-

## P R A E F A T I O

scripsit. Itaq; is talis lego operatur, ut spiritum suum iustificaniem, docentem, consolantem, & conscientias nostras confirmantem per uerbū uocale, p̄ ex rerū ēuangelij pdicationē, tanq; p̄ electa diuinę opationis organa in credentes effundat. Atq; ne putas uana nos docere, scripturarum testimonio illud comprobabimus. Quæcūq; inquit Paulus, p̄scripta sunt, in nostram doctrinam p̄scripta sunt, ut per patientiam & cōsolationem scripturarū spem habeamus. Vnde est spes? Vnde patientia? Vnde consolatio, nisi a spirītu sancto? Hæc tam Pauli testimonio nobis per scripturam diuinam donantur. Quid uero illud quod ad Timotheum ita scribitur. Tu persistito in his quæ didicisti & quæ tibi concidera sunt, sciens a quo didiceris, & quod a puero sacras literas noueris, quæ te possunt eruditum reddere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Iēsu. Omnis scriptura diuinitus inspirata est utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iustitia, ut integer sit homo Dei ad omne opus bonū paratus. Quid est, literæ sacræ possunt te eruditum reddere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iēsu, nisi literas sacras esse cōmodum & electū Dei organum, quo nos doceat ac tradat fidem ad salutem æternam? Quid est, omnis scriptura utilis ad doctrinam, ad institutionem, quæ est in Iu-

## P R A E F A T I O .

in iustitia, nisi quod per scripturarum tractationem nobis donatur a Domino iustitia, ut integrer sit Dei homo ad omne opus bonum patens. Paulo apertius hoc facit, quod Apostolus Romanis scribit. Quomodo, inquiens, credentes, de quo non audierunt? Et postea, Fides ex auditu est, Auditus autem per uerbum Dei. Quid clarius de hac re dici posset? Audire fidem esse ex auditu Verbi. Proinde uerbi auditus organum est, quo nobis a Domino fides donatur.

Longe autem omnium clarissimum est, quod legitur ad Galatas in hanc sententiam. Accepistis spiritum non ex operibus legis, sed ex predicatione fidei. Et qui subministrat uobis spiritum, & operatur uirtutes in uobis, non ex operibus legis, sed ex predicatione fidei id facit. Siue enim Paulus hoc loco loquatur, de manifesto spiritus dono, quod Apostolis in die Pentecostes, & postea Galatis per apostolos collatum est, siue de occulto, quo omnes credentes profundi oportet, nihil ueritati doctrinam nostram adimit. Item in hac cauilla, nunc non queritur qualis nobis donetur spiritus, sed antiquis, qualiscumque sit, siue occultus siue manifestus per predicationem Euangelij nobis distribuat. De organo questio est, non de spiritus qualitate, Loquitur sane Paulus de manifesto dono spiritus in pentecoste apostolis dato. Quid euicisti? Certe iespūs est consolator, est doctor, est eruditior, quemadmodum ipsum Christus in Evangelio uocat.

## P R A E F A T I O

Certe talis est spiritus quemissus in corda nostra clamat, Abba pater. Quod si ille Galatis per prædicationem fidei manifestis signis collatus est, cur nobis nō absq; manifestis signis per eamdem prædicationem conferretur? quando circa talem spiritum, docentem, erudientem, & clamantem Abba pater, ueram salutem consequi nequeamus. Num aliis sit spiritus ex manifestatione & occultatione? Absit, unus enim est spiritus, clarus subinde sese declarans atq; manifestans. Et qui hodie in Christum uere credit, nihil minus de spiritu habet, quam Petrus in die Pentecostes accepit, habebat quidem ille manifestiora spiritus opera, idem tamē erat spiritus cum illo, qui in quois credente suas uirtutes perficit. Proinde, ex hoc Pauli loco, rectissime dicemus Verbum externum esse spiritus sancti uehiculū, & operationis diuinę organon.

Prætereo innumerala loca, quæ sententiā nostrā confirmare possunt. Quid enim illud, quod Christus ait, Mundi estis poppter sermonem quem audistis. Et postea, Sanctifica eos per ueritatem tuam. Sermo tuus ueritas est. Audis ne sanctificationem esse per sermonem? Quid q; Paulus inquit, Ego plantavi, Apollo rigauit, Deus autem dedit incrementum. Et ad incrementum quidem nihil est plantator, nihil est rigator, sed aliquid sum ad plantationem & rigationem, hoc est, nihil sunt auctoritate, sed plurimum

## P R A E F A T I O.

rimū sunt instrumento & organo. Hinc ad Corinthios scribit, Apostolos idoneos factos esse ex Deo ministros noui testamenti, non lice rae occidentis, sed spiritus uiuificatis. Et Corinthios uocat Epistolam Christi, ab Apostolis in scriptam, non atramento, sed spiritu Dei uiuentis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis. In nunc & nega uel Apostolos uel Apostolicum, hoc est Euangelicū uerbum esse spiritus sancti ministrum, seu malueris uehiculum. Qua enim impudentia hoc negare audebis, tot scripturæ testimonijs obrutus & cōuictus? Ad hanciam adhuc unum locum, qui uel solus posset omnes aduersarios huius ueritatis oppugnato res conculcare. Is autem sic in priori ditui Petri epistola legitur. Renati non ex semine mortali, sed ex immortali, per sermonem uiuentis Dei, & manentis in æternum, propterea quod omnis caro gramen sit, & omnis gloria hominis, quasi flos graminis. Exaruit gramen, & flos decidit, at Verbum Domini manet in æternum, hoc autem est uerbum quod per Euangelium delatum est ad uos. Hoc loco fatetur Petrus renascentiam constare ex immortali semine, per sermonem Dei uiuentis, qui sermo ad nos per Euāgelium delatus est. Etenim renascentia e supernis est, a patre luminum descendens. Num autem ideo prohibetur per sermonem Euāgeliū in nos delabi, quod e supernis sit? Imo, quia

B

## P R A E F A T I O

e supnis est, ideo per Euāgelion nobis dona. Est enim Euāgelion potentia Dei ad salutē omni credenti, quo præconio, qd gloriofius, quid excellētius de Euāgelij maiestate p̄dicari posse.

Sed dices, faterer quidē uerbi prædicatiō nem ad salutē efficacem esse, sicut Iordanis, ad curationē lepræ, sicut sal ad eñciendā sterilitatē sicut lutum ad illuminandū cæcū, sicut simbrīa ad sanandā hæmorrhousam, si ut Iordanis, sal, lutū, & simbrīa in manus Dei accepta sunt, ita quoq̄ uerbum in manus spiritus sancti semper acciperetur. Alioquī qđiu in hominis ore sonat, quid est nūl litera mortua & nūl sonus sine menteſ. Equidem ingenue confiteor, multos pseudoprophetas currere, qui a Domino nō sunt missi, multos prophetare, ad quos Dominus nō est locutus, qui ut mendacium, ita & literam spiritu uacuam prædicat. Interim tamē quæſo animaduertas, nos non de pseudoprophetarum & pseudoapostolorum uerbo loqui, sed de uerbo ueritatis, quod uel a bono, uel a malo apostolo prædicatum, nunquā non manib⁹ Dei gestatur, nunquā non spiritu sancto plenum est. Si enim tale uerbum spiritu careret, nonne mendacium esset, qui autem posset ueritas mendacium esse? Hinc ait Dominus ad Noë: Nō permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, ubi diuō Petro interprete, spiritū uocat scriptura, externā uerbi prædicationē, ut sit sensus

## P R A E F A T I O.

Sit sensus, prædicatio uerbi Dei inter homines  
cessabit, eo q̄ pro rōs uerbi carnalibus desiderijs ira-  
ditis sint. Si igitur uerbū ueritatis prophetico &  
apostolico ore prædicatū esset mera litera, cur  
diceretur spiritus dei? Si merus esset hominis so-  
nus, cur opprobraret Dōminus apud Esaiam  
populo duricordiam suam dicens. Vocaui &  
nō respondistis, locutus sum, & nō audistis, &  
quæ nolui elegistis. Cur sapientia in prouerbijs  
clamaret: Vocaui & renuistis? Extendi manū  
mēā, & nō erat qui aspiceret? Nonne potuisset  
populus excusatiōem obuertere & dicere, Ho-  
minis sonum, & nō Dei uerbū audimus. Prædi-  
cata est nobis nuda litera, nō spiritus, quid igit̄  
increpamus? Ad Hieremiā dicit: Ecce dedi uer-  
ba mea in ore tuo. Et tu audes externam uerbū  
Dei prædicationē nudāliterā uocare, imo pro-  
phano ore calūniari? Nam & Christus in Euā-  
gelio ait. Sermo quē audistis nō est meus, sed ei-  
us qui misit me. Quid quod omnia prophetarū  
uerba mēdacia essent, quādo dicunt: Hæc dicit  
Dominus zebaoth. Item Dominus locutus est  
si uerbū prædicatū nō esset nisi inanis uox? Pro-  
inde nō est qđ de uerbo Domini iudices iuxta  
laruā externā, sed iuxta genuinā eius rationē.  
Quod audis quidē aure corporea, litera est, sed  
non sola, sonus est, sed non solus, alioqui non  
diceretur VERBVM DEI, aut spiritualis  
sermo. An uero ideo spirituē abest, qđ tu nihil

## P R A E F A T I O :

præter literam audis? An ideo sonus sine men-  
te datur, quod tu mentē præ infidelitatis tuæ he-  
bitudine non perspicias? Hoc quid aliud esset,  
quæ fidem Dei per tuā incredulitatē irritam fieri?  
Quod quam impium fuerit adseuerare, Paulus  
Romanis scribens testatur. Etenim in diui-  
norum mysteriorum dispensationibus & ordi-  
nationibus, tametsi proposito parum fœliciter  
respondeat, ac propter impiorum incredulita-  
tem, euētus conatu ilunge dissimiliter accidat,  
mysteriorum tamē ueritas constans perpetuo  
durat. Cum enī & Apostoli duodecim & Pauli  
Euangelij uerbum, hic imp̄js Ethnici, illi  
imp̄js Iudeis prædicarent, quoq; maxima pars  
tatum absuit, ut auditio uerbo fidei resipuerint,  
ueluti canes retroueris, ipsos dilacerarint, num  
ideo existimas uerbum eorum mēdacetem fuisse  
literam? Certe ministerium eorum erat, quem  
admodum Paulus ait, Αιακονία τοῦ πνεύματος  
Quod siigitur imp̄js, propter incredulitatem  
ipsorum, non ministratus fuerit spiritus, nihil  
ministerio, sed plurimum tamen saluti auditio-  
rum incommodauit. An semen iactum siue iu-  
xta uiam, siue in loca saxosa, siue in spinas, non  
ideo bonum semen fuit, quia fructum nō pro-  
tulit? Ad sacramenti quæstionem, ait Augusti-  
nus, nihil refert quid credatis, qui accipit sacra-  
mentum, refert quidem plurimū ad salutis eius  
uiam, sed ad sacramenti quæstionē nihil, ita ad  
uerb

## P R A E F A T I O.

uerbi diuini rationem (quando Verbum Dei non ex fide nostra, sed e maiestate ueritatis diuine pender) nihil refert, quid credit auditor, plurimum quidem refert ad salutis eius rationem, sed ad uerbi questionem plane nihil. Siue enim crediderit, siue non crediderit, manet tamen uerbum diuinum, ueritate & spiritu sancto, ut ita loquar, plenissimum, nunquam non manibus Dei gestatum. Ergo ne, inquieres, uerbū prædicatum semper in manibus dei existens, nunquam absq; fructu prædicabitur? Qui enim fieri posset, ut quod Deus ageret, non perficeretur? Dominus, inquit Esaias, Zebaoth decreuit, quis poterit infirmare? & manus eius extēta, quis auerteret eam? Vt hanc obiectionem lector amicissime diluam, non multum operē mihi assument dum puto, si tibi familiarem feceris eum librū, quem Martinus Lutherus noster, in Domino maior de Seruo arbitrio cōscripsit. In eo enim libro, ut pie, ita ingeniose, ex Apostolo Paulo docet, aliter de Deo prædicato ac reuelato, aliter de deo occulto loquendum esse. Quatenus igitur deus nobis reuelatur, semper uerbo suo præsto adest, semper uerbum suum spiritu sancto implet, alioqui Prophetæ uerbum Dei nunquam prædicassent, nūq; e spiritu prophetassent. Sed quia Sathan p. Adami prævaricatio nem huius mudi princeps factus est, sit igit̄ dei cōniuentia, ut impij hoies, Sathan exagitati,

## P R A E F A T I O.

Verbo Dei ac Spiritu sancto resistant, & ad suum usq[ue] tempus praeualeant, ut plus danni q[uod] fructus, plus spiritus satanæ, q[uod] spiritus sancti ex uerbo prædicato consequantur, illorum tamen impia incredulitate fides Dei nō sit irrita. Tametsi enim sermo crucis, his qui pereūt, stultitia est, & odor mortis ad mortem, tamē sic est a Domino Deo nostro dispositus ac ordinatus ut sit Dei potentia, & odor uitæ ad uitam, his q[uod] salutem adsequuntur. Etenim si reuelationis conditione de Deo loquamur, saepe Deus aliquid etiamnum grauiissime præcipit, ac saeuerissime mandat, quod tamen nō impletur. Sic totam legem mandauit, sed quotus quisq[ue] est, qui eam impleat, & mandatum Domini exequatur. Sic uoluit congregare Hierusalē, et ipsa noluit.

Quatenus autem nobis Deus est absconditus, & nō ordine reuelato, sed omnipotentia imperscrutabili aliquid proposuerit aut decreuerit, ibi tum nihil agit, quod nō perficiatur, nihil proponit, quod nō consumetur, nihil decernit, quod nō impleat. Sed haec abscondita eius manifestas, uerius ad uenerandā adorationem, quam curiosam indagationem, pertinet. Nam cur Dominus spiritum sanctum suum uerbo adueniūt nō omnibus imp̄is manifestet, nec in omnibus operari, seu efficacē esse sinat, ut imp̄i ab impietate sua conuertant, inuestigare humano caput nō licet, sed adorabudo corde cū Paulo excla-

## P R A E F A T I O

exclamandum est. O profunditatem diuinitarū & sapientiae & cognitionis Dei, q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uicē eius.

Itaq; in iustificatione hominis, ut operādi au thoritas soli sp̄iritui sancto manet, ita quoq; ma net uerbo pr̄dicationis suū ministeriū, quo sp̄ritus nobis donat, & in nobis operatur. Nō q̄ tunc primum, quum uerbum Euāgeliū ex fide auditur Spiritus sanctus ut existens, in creden tem illabat, omnia enim sp̄iritus implet, omnia souet, omnia cōtinet, etiā inter imp̄iſſimas gen tes, ubi Euāgeliū nomen ignotum est, sed q̄ tunc primum illabitur ut donū, ut iūfūscator, il luminator, & mentis nostrē purificator. Sic em duntaxathis, qui secundū p̄posiū uocati sunt, exhibetur. Hęc pauca de sp̄iritus sancti au thoritate et uerbi ministerio p̄fari ideo uolui, ut eo maiori obseruantia, prophetas Domini audiamus, quibus nobis salus, iustificatio & redemptio, primum quidē paulo tectius, sed post ea per Euāgeliū reuelationē manifestius in Christo Iēsu Domino nostro offertur ac donatur. Nunc ad interpretandum Amos accedo, qui e pastore in prophetam uocatus est, e uiculo Thekoā in tribu Iuda, quem diuus Hieronymus illorum locorum peritus, ut pote Bethlemiticus quondam incola, scribit sex milibus a Bethlehem, ad meridianam plagam disiare. Legitur quoq; 2. Chron. 4. hoc oppidulū in

## EXPOSITIO

defectione Israelis a Rehabeamo rege Iuda muri  
munitum fuisse. Operæ premium autem est  
uidere, quo tempore prophetauerit. Si enim  
hoc cognouerimus, non mediocris prophetæ  
eius lux nobis affulget. Itaq; prophetauit  
Amos, regnante in Iuda Ozia, qui & Azarias  
dicitur. In Israel uero Hierabeam filio Ioas, Sic  
enim habet huius libelli ἐπιγραφή.

Verba Amos, qui fuit inter pasto-  
res de Thekoa, quæ uidit super Isra-  
el in diebus Uzia regis Iuda, & in di-  
ebus Hierabeā filij Ioas regis Israel,  
duobus annis ante terræ motum.

**I**nter pastores) ubi nos legimus (inter pasto-  
res) translatio uetus habet in pastoralibus,  
Græcus quisq; ille fuerit (nam septuaginta  
fuisse non facile crediderim, præsertim cum au-  
thores quidam fide nō indigni scribant septua-  
ginta legē, hoc est, quinq; dūtaxat libros Mosi  
ex Hebreo in Græcū sermonem transtulisse) in-  
terpretatus est. ἐν καριαθιαρείμ, pro quo in Hie-  
ronymiano exemplari legitur; In Accarim, &  
alia quædam translatio habet, in Accarpi. Su-  
spicor autē in textu græco scriptū fuisse ἐν νωκα-  
ρείμ, id est, in Nakarim, & interpretem græcū,  
ut & Hieronymus notat, falsum fuisse literarū  
similitudine.

## AMOS PROPHETA.

similitudine, ac pro נִקְרִים Nakadim, legisse  
נִקְרִים Nakarim. Duarū enim literarū ד & ל  
Daleth Res figuræ, non multo discrimine inter  
se distant. Porro quod pastor ouium, neglectis  
interim tot amplissimis & doctissimis uiris in re  
gno Israhelis ad prophetiæ munus a Domino  
Deo nostro uocatur, re ipsa comperimus, Deū  
non esse personarum respectorem, sed potius  
diligere stulta & imbecilla secundum mundū,  
ut sapiētes & robustos pudefaciat. Quid enim  
nunc habent abiecti huius mundi, quod con  
querantur? Num existimabunt, ut coram mun  
do inter homines, ita coram Deo, inter cœlestē  
militiam se abiectos & contemptos haberis? At  
uel unius Amos exemplo admonētur, ut spem  
bonam cōcipiant, ac probe cōfidant, se eo ma  
gis Deo curæ esse, quo contemptius a mundo  
tractentur. Quis enim ut Psalmus canit: Sicut  
Dominus Deus noster, qui in altis quidem ha  
bitat, sed tamē humilia respicit in cœlo & in ter  
ra. Et postea: Excelsus Dominus & humilia re  
spicit, & alta a longe cognoscit. Huc quoq; ac  
cedit, quod e Thekoa uico iudææ propemo  
dum ignobili, propheta uocatur, non e Hier  
usalem urbium nobilissima, non e clarissimis  
collegijs sacerdotum in regno Israélis, ut omni  
no discas, Deum ignobilia in mundo elige  
re, ut nobiles umorem, ignobiles uero fidu  
ciam doceat.

## EXPOSITIO

Quæ uidit) Sic enim scribitur. 1. Reg. 9. Qui propheta dicitur hodie, uocabatur olim uides Hinc & prophetarū oracula, uisiones dicuntur,

Super Israēl) Nemīnē puto esse, uel mediorū criter in historijs sacrīs uersatū, qui ignoret Salomonis regnum sub Rehabeā filio eius in duo regna diuisum esse. Et duas quidē tribus, Benia min & Iuda sub imperio familię Dauidicę manisse. Reliquas alios sibi reges elegisse. Hinc duarum tribūnū imperium dictum est regnū Iuda, Reliquorum uero regnum Israēl. Propheta ergo Amos, tametsi semel deuastatiōis Iude, quē admodum & gentium meminit, præcipue tam & principali orationis suae statu, aduersus imperium Israēlis, seu decem (sic enim uocat) tribuum concionatur. Futurum prædicens, ut propter impietates & scelera, penitus deuaster, quā deuastationē a Salmaneser rege Assyriorum factam legis. 4. Reg. 17.

In diebus Vzia) de Vzia rege Iuda uide. 2. Chroni. 25. &. 4. Reg. 15. Vbi pro Vzia, Azarias uocatur. De Hierabeam uero, non illo filio Nebath, qui primus Israēlitarum rex fuit, sed filio Ioas, legitur. 4. Reg. 14.

Duobus annis ante terræ) Pro duobus annis, una est dictio apd' Hebræos **בְּנֵי שָׁנָה** Sche nathaim, quæ cū dualis sit numeri, pro duobus annis, seu biennio exponit. Ceterū sacrę quidē literæ tradūt hūc terę motū, regnāte Vzia, fa-

## AMOS PROPHETAE.

etum esse. Sic enim legiſt̄ Zach. 14. Et fugietis, si  
cum fugiſtis a facie terræ motus, in diebus Vziae  
regis Iuda. Sed quoto regni eius anno factus  
sit, nō tradūt. Proinde quando singulari quodā  
cōſilio in epigraphe ſcribitur, hanc prophetiā  
factam eſſe duobus annis ante terræ motū dili-  
gentius inquirendū eſt, quoto imperij Vzias an-  
no terra commota ſit, ſi forte hinc nonnihil lu-  
cis ad prophetæ expositiōnē nobis afferatur.

De hoc iaq. terræ motu Iosephus de antiqu.  
lib. ix. cap. xl. ita ſcribit. Vzias rex instanti in-  
ſigni die & generali festiuitate, induitus ſtola fa-  
cerdotali, intrauit in templum oblaturus incen-  
ſum, in aureo altari, Deo. Pontifice uero Aza-  
ria cū alijs octoginta ſacerdotibus, eum prohi-  
bente, ne faceret, quod hęc ſolummodo his cō-  
mendata eſſent, qui ex genere Aaron descēde-  
rent, & clamantibus ei, ut exiret, nec ageret cō-  
tra Dei leges, iratus interminatus eſt eis mortē,  
niſi tacerent. Inter hęc autem terræ motus fa-  
tus eſt magnus, & stupeſcēre populo, claritas  
ſolis nimis effuſit, et incidit in faciem regis, & il-  
li quidem lepra cōtinuo prouenit. Ante ciuita-  
tem uero, in loco qui dicit̄ Eroge, ſciſſa eſt me-  
dia pars montis ad occidentem, & ſua uolubil-  
itate per quatuor ſtadia pcedens ad orientale  
reſtitit mōtē, ita ut uias clauderet, & regios hor-  
tos oppriemeret. Haec enus Iosephus. Porro de  
mōtū quidē ſciſſura, fides penes authorem ſit,

## EXPOSITIO

nobis satis fuerit, quod habeamus qualecumque testimonium, hunc terræ motum factum fuisse, incidente thymiam rege Vzia, dum ipse noster mio rerum successu inflatus, nec regia maiestate contentus, sacerdotale etiam munus præfreta, & impudenti temeritate, sibi usurparet. De qua re copiose scribitur. 2. Chron. 26. Et quod rex Vzia propter temeritatem & ambitionem suam lepra fuerit percutitus, meminit etiam liber. 4. Reg. cap. 15. Igitur biennio ante hunc terræ motum, seu, si mauis, ante supplicium regis Vzia quo lepra in fronte percutitus est, prophetauit Amos aduersus Israëlis imperium, mira prorsus rerum dispensatione. Nam ea tempestate, qua Amos coniunctionem suam irarum plenam exercitus est, summa onnium rerum erat felicitas, in utroque regno, tam luda quam Israëlis. Vterque rex tam Vzia, quam Hierabea, clarissimis aduersus gentes uictoribus potiebantur, fines imperii sui premeabant, & non sibi tantum latissimum imperium, uerum etiam nomini ac populo suo amplissimam gloriam acquisierant. Cuius rei fidelis satis testis est diuina scriptura, in qua de prospera Hierabeami fortuna. 4. Reg. 14. ita legit. Ipse restituuit terminos Israël ab Emath usque ad mare solitudinis, iuxta sermonem domini Dei Israël quem locutus est per seruum suum Ionam, filium Amathi, prophetam, qui erat de Geth, quem est in Ophir. Vidi enim Dominus afflictionem Israël amaram nimis & quod

## AMOS PROPHETA.

& quod consumpti essent, usq; ad clausos carceris, & extreemos, nec esset qui auxiliaretur Israël. Nec locutus est Dominus, ut deleret Israël de sub cœlo, sed saluauit eos in manu Hierabeati filij Iosas. Hactenus sacra historia. Testat & Iosephus hunc regem, quamuis alioqui impiū Idololatram, optime tamen de Israëlitarum imperio meritū, & in summa fœlicitate uitam degisse. De prospero autē Viz regis Iuda successu, priusq; lepræ supplicio folidareatur multa habes. 4. Reg. 25. Sed ecce, in media utriusq; imperij prosperitate, exurgit Amos, et Israëlitis longe aliud ex euentu fœlici sibi pollicentibus, iram Dei grauissimam, maledictiones in fœlici simas, supplicia sæuerissima, & deuastatiōes abominandas, paucis post annis uenturas prædictas, atq; id quidem facit, neq; absq; ratione, neq; citra exemplum. Etenim cum Israëliticus populus rerum fœlicitate saginatus, non solum impiatum suarum obliuisceretur, uerum etiam in ipsis sibi applauderet atq; blandiretur, perinde ac si propter opera sua electitia, tam liberalem Dei benedictionem meritus esset, in tantam impudentiam prolapsus est, ut diuitias bonitatis diuinæ, ac tolerantiae lenitatisq; contemneret, ignorans, quod bonitatis diuina beneficia ipm nō in impietatibus suis (q; tum uana sua ipsius persuasione credebat) iustificarent, sed potius ad pœnitentiam inuitarent,

## EXPOSITIO.

ad pœnitentiam inuitarent, adeoq; quoniā sc̄ē  
lices haberet rerum successus, absq; ullo diuini  
iudicij timore, pessima quæq; effronti cōtuma  
tia designaret. Itaq; oportuno Spiritus con  
silio, propheta Amos, prædicatiōe sua, minan  
do & terrendo, uniuersum Israēlem mōnet, ut  
in die honorū, memor sit malorū, ne inter osci  
tantes opprimat. Nūc em̄ esse relipiscētiae tem  
pus, nunc patere salutis ianuā, nunc Deū suam  
misericordiā, tam eximījs beneficījs ostentantē  
a grauitate iræ suæ aduersus impietas ipsorū  
cōceptę, pœnitētia flecti posse. Quod si occasio  
nem neglexerint, & tantisper in iniqtatibus su  
is pseuerauerint, dum misericordiæ ianua fue  
rit clausa, frustra eos tunc pulsaturos, frustra mi  
sericordiā Dei imploraturos. Circuibunt, inq;  
Propheta noster, quærētes Verbū Domini, &  
nō inuenient. Eodē sane cōsilio Noah & Lot  
iusticiæ præcones, ille inter mundi recens con  
dit̄ habitatores, hic uero inter Sodomitas edē  
tes, bibentes, uxores ducētes, ementes, uendē  
tes, plantātes, ædificantes, adeoq; secure in om  
ni rerū abundantia uiuentes, futurā calamitatē  
Verbo Domini adnunciabāt, ne illi bonis pre  
sentibus excæcati, repentina interitu perirent.  
Sed ut hi ab auditoribus suis, tanq; uani som  
niatores ridebātur, ita Amos ab Israēle tanquā  
nuuendus καὶ σωματόγραμμον contemnebatur.  
Aures enim prospera fortuna obstructæ, Ver  
bum

## AMOS PROPHETAE

bum Domini non admittunt, & quorum mentes satan felicitatis cōpedibus captiuas tener, his risus & contemptus est, quicquid de grauitate irae Dei, aut seueritate diuinarum maledictionū prædicatur. Sed audiamus nunc ipsum Prophetā Israēlitis ex cultibus suis propria ad inuentione ac electione Deo exhibitis, & e pro spero rerū euentu sc̄elia quæq; sibi certo promittentibus horrenda supplicia denunciantem atq; interminantem.

### CAPVT I.

**E**T dixit, Dominus de Zion rugiet, & de Hierusalem dabit uocem suā, & lugebunt tuguria pastorum, & exaresceret uertex Carmeli.

Etdixit) Quis seper Amos propterpha. Quid dixitur hoc quodque sequit. Dominus de Zion rugiet, & de Hierusalē dabit uocē suā. Quid rugitū & uocē Domini consequetur? Lugebunt tuguria pastorum, et exaresceret uertex Carmeli. Nolite inquit uobis, o Israēlītæ, propter præsentē rerū fortunā applaudere, nolite uoisiplos uana pollicitatie seducere, perinde ac si nullū esset impietatis uestrę suppliciū futurę. Qdam, n. fœlices agitis, ac uictoria potimini, nō ueliri est meriti, nō iusticiæ uestre, sed diuinę bonitatis ac misericordię, bac reū prosperitate uos ad resipiscētiā inuitantis.

## EXPOSITIO

Nisi enim resipueritis, & impietatem uestram abieceritis, ecce Dominus ille, non qui uis e mea ficitiorum Deorum plebe, sed qui in monte Zion, ubi templum eius a Salomone conditum est, uespertinis & matutinis sacrificijs colitur, qui ex eo loco Euāgelion filij sui mundo reuelabit, qui uos e terra Aegypti eduxit, qui uobis regnum & sacerdotium, beneficia non contienda dedit, qui & nuperrimā uictoriā mea sua liberalitate donauit, qui haec tenus tanto tempore ab adorato uitulo in deserto, in hanc usq; horam, ad uestras impietates conniuit. semper fore sperans, ut resipisceretis. Is in quam Dominus non aget iam erga uos indulgentem patrem, sed crudelem carnificem, non clementem ager regem, sed immitem Tyrannum, non amplius custodiet uos, quasi pupillam oculi sui, nec expandet super uos alas suas sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos. Sed quia prouocasti ipsum impietate uestra, ad iram fere implacabilem dispergat ac dilaniabit uos, tanquam leo rugiens & esuriens. Quemadmodū enim leo bestia alioqui in supplices clementissima, magna fame, non in uiros ac foeminas solum fremit, uerum etiam in infantes saeuit, ita Dominus, cuius nomen in Zione celebratur, & qui resipisceribus indulgentissimus est pater, tanta iracundia in uos debacchabitur, ut nec infantibus uestris parsurus sit.

Et dabit

## AMOS PROPHETAS

Et dabit ille uocem suam de Hierusalem, quæ elegit, ut illuc esset nomen eius. Non autem illa dabit uocem, quam olim ad Abrahamum dicebat. Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Non illam uocē, qua Isaaco promittebat dicens. Ero tecum & benedicam tibi. Tibi enim & semini tuo, dabo uniuersas illas regiones. Sed uocem illam, de qua olim maiores uestrī perterriti ac pauore concussi, ad Mosen dicebant. Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquetur nobis Dominus, ne forte moriamur. Sed uocem illā dabit, quæ confringit cedros, quæ difficit flammas ignis, quæ commouet desertū Kades, quæ concutitur terra, uel, ut hic dicitur, cuius terribilis sonitu, pastorum mapalia ab habitatoribus suis uacua derelinquentur, & ob pastorū fugam, quodammodo lugere uidebūtur. Culus uocis tam ignitus sermo est, ut ardor eius exiccaturus sit uerticē montis Carmeli, qui pa-uis suis, quōdam Nabalo Abigailis marito, tria milia ouium, & mille capras nutriebat, quemadmodum scribitur, 1. Reg. 17.

Cæterum quod Amos, ingentem & non aestimandam totius regni Israelici calamitatē, per derelictionem tuguriorum pastoralium & ariditatem Carmeli, tantam uidelicet supplicij diuini grauitatem, tam leuiculis & rusticis rebus explicet, nō est quod mireris. Pastor enim

C

## EXPOSITIO

est, pastoricia loquitur. Tractat fabrilia fabri.  
Ioel magis tragicē dixit. Dominus de Zion ru-  
giet, & de Hierusalem dabit uocē suam, & mo-  
uebuntur cœli ac terra. Manifestius sic dicere-  
tur. Indignationem D O M I N I , nulla crea-  
tura sifferre potest.

Sic dixit Dominus. Propter tria  
scelera Damasci, & propt̄ quatuor,  
non cōuertam eam, propt̄ ea quod  
triturauerit plaustris ferreis ipsam  
Gilead.

Et mittam ignem in domum Ha-  
zael, & deuorabit palatia Benhadad

Et conteram uectem Damasci &  
eūciam habitatore de campo Auen,  
& exulabit populus Syriæ ad Cyre-  
nen, dixit Dominus.

Propter tria scelera) Quid hoc? Propheta  
aduersus Israelem concionaturus, ab externa-  
rum gentium supplicio exordit? quid ad Is-  
raelē, quod genies, quæ sunt populus sine deo  
sine uerbo & pmissione interit? Quid  
ad prophetam, quod alienus populus, ad quē  
non est a Domino suo missus, propter impieta-  
tes

## AMOS PROPHETAE.

tes & idololatrias suas affligēdus sit? Quānū  
mihi est iudicij, quod sentio per quam exigū  
esse, opinor prophetam Amos longe alia sen-  
tientia gentium calamitatem uaticinari, quam  
uel Esaiam uel Hieremiā uel Ezechielē. Nam  
ut isti Prophetae de interitu gentium aduersaria  
rum Israeli, scripsierunt. Etenim, ut Iudei in af-  
flictionibus & aduersitatibus suis, quas nunc  
a Syris, nūc a Tyriis nūc ab Aegyptiis, nūc a  
Moabitis nūc ab Ammonitis, nūc ab Idūœis, nūc  
a Babilonijs perferebant, aliquantam consola-  
tionem haberent, & non omnino ob crebras  
impia um illarum gentium uictorias, animum  
suum despoderent, oportuno spiritus consi-  
lio factum est, ut Esaias, Hieremias, Ezechiel,  
consolationis argumenta ab aduersariarū gen-  
tium deuastatione traherent, exhortantes Iu-  
dæos, ut bene considerent, & omnem suam fi-  
duciam in Dominum rehccrēt. Tametsi enim  
nunc aduersarij uictorijs superbiant, opinētar  
se perpetuo duratiros, Iudeos uero nūquam  
pristinæ suæ gloriæ restituendos, fore tamen,  
ut gentes ad internitionem usq; pereant, Iudei  
uero ad pristinam atq; longe maiorem fœlici-  
tatem redeant.

Est autem efficax consolandi ratio a futuro  
interitu aduersiorum ducta. Atq; hæc quidē  
caussa, alijs Prophetæ, in gentes inuehundur,  
Amos uero gentium calamitatem futurā præ-

G a

## EXPOSITIO

dicit, non ut Israelem consoletur, sed potius, ut ei futurę deuastationis terrorem incutiat, ut populum & exemplo & supplicio eū terreat & admoneat, quid ipse propter impietas suas meritus sit. Si enim Dominus non parcit genti ignoranter peccanti, quę nec verbum nec testamentum, nec promissionem, nec legē Dei habet, quanto mitius parcer Israeli nō ignoranter peccanti, sed scienter legem Dei praevaricantii, & testamentum Domini, impietatibus suis prophananti. Si grauius a Domino affligitur gens illa, quę paulo durius populum Dei electum tractauit, atq; in calamitatibus eius irrit, quanto grauius affligetur Israël, Deū ipsum blasphemās & irridens. Itaq; quoniam Amos non cōsolaturus, sed exterritus est Israelem, principium ab impiarum gentium deuastatione ducit, ut hinc doceat, quid calamitatum super Israelem quoq; uenturum sit.

Primum autem sermonem uertit contra Syriam, cuius metropolis est Damascus, inquietus: Sic dixit Dominus, non homo mendax, non vir uanus, sed Dominus ille Zebaoth, q; quod semel loquitur, retractari non potest, quod decernit infirmari nequit, qui nec fallit, nec fallitur. Is autem sic dixit. Propter tria scelerā Damasci, & propter quatuor non conuertat mēā. Quidam sic interpretantur, quasi Dominus dicaret, se Damascenis ciuibus tria peccata remis-

## AMOS PROPHETAE

surum, quartum uero nolle penitus ignoscere.  
Ego uero existimo de compleuione iniuitatis  
sermonē fieri, atq; ideo tria & quatuor in unā  
rationem esse subducenda. Tria enim & qua-  
tuor faciunt septem. Iam sephenarius numerus  
in scriptura perfectionis & consumationis nu-  
merus est. Hinc compleuit Deus die septimo  
opus suū qd fecerat, & requieuit die septimo  
ab omni opere quod fecerat. Et Leui. 26. Addā  
correptiones uestras septuplum propter pec-  
cata uestra. Et postea. Percutiam uos septies,  
quod nihil aliud est, quam percutiam uos per-  
seueranter, perfecte, complete, ut nullus plaga  
rum nec finis, neq; modus sit. Et in lege. Vihi-  
tans iniuitatem patrum in filijs, in tertia & in  
quarta, hoc est, in septima generatione, quod  
iterum significat Deum uisitare patrum iniui-  
tates, dum ipsi inique agere incepérunt. Et po-  
stea filij, siue illi secūdæ siue tertiae siue quartæ  
generationis fuerint, patrum iniuitatem non  
solum sequuntur, uerum etiam complent, atq;  
perficiunt. Est enim Deus longanimitatis & pa-  
iens, supplicium non mox post peccatum infe-  
rens, sed usq; ad peccati cōpletionem differēs,  
quemadmodum Gene. 25. scribitur. Non dum  
iniuit Dominus, cōpleræ sunt iniuitates Am-  
morræorum, usq; ad præsens tempus.

Ergo cū hoc loco scribitur, propter tria sce-  
lera & cætera, hanc habet sententiam. Hacte-

## EXPOSITIO

Nus longanimitate tuli iniquitates regni Damasceni, semper futurum sperans ut resipiscerent, at quia nunc ad septenarium usque numerum peccatorum peruentum est, & ad summum usque Damasceni ciues iniquitates suas compleuerunt, atque in uerticem impietatis conscenderunt, non est quod parcam, ignoscam aut conuerteram eos ad resipiscientiam, sed potius grauissime & saeuerissime eos affligam. Ob tantam enim scelera quae perpetrarunt indigni sunt, ut conuertantur & uiuant, tantum abest, ut impunne euadant. Dicor quidem misericors, clemens & multæ miserationis, sed erga illos, qui peccatorum suorum modum ac finem statuunt, qui a peccatis resipiscunt. Erga illos autem, qui nec finem nec modum peccandi sciunt, qui ad tantam iniquitatem perueniunt, ut nihil addere amplius ad scelerum cumulum queat, durissimus sum iudex, & ultor saeuerissimus.

Quod autem est illud scelus, quo Damasceni iniquitates suas compleuerunt? Sequitur. Propterea quod tritirauerit plaustris ferreis ciues Gileaditas, Nam quod dyri, seu Damasceni, populo meo Israël, graue damnum in bello quod gesserunt contra Ahabem regem Israël, intulerint, tolerabile adbuc erat, & uenia dignum, propterea quod Ahab mera animi sui libidine ipsis bellum inferebat, quemadmodum legi. Reg. 22. Quod postea Béhadad rex Sy-

riæ tam

## AMOS PROPHETA

riæ tam diu obfederat Samariam, donec uenū daretur caput asini octoginta argenteis, & qua pars cabi steroris columbarum quinq; argenteis, facile ignoui, eo quod illa fame populi mei impietatem uisitarem. Sed cum iratus es- set furor meus contra Israelem, & tradidisse- eum in manu Azahel regis Syriæ, & in manu Benhadad filij Azahel, atq; illi tyrannidis suæ nullum modum statuentes, ciuitates Israe- lis munis- tas igne succenderent, iuuenes eorum gladio interficerent, paruulos eorum eliderent, & pregnantes diuiderent, adeoq; quasi puluerem in tri- tura areæ ad nihilum eos redigerent, qui fieri pos- set, ut ad tam atrocem & cruentam regum Sy- riæ tyrannidem, qua populum meum concul- carunt, conniuerem; Ego iratus eram parum super Israelem, & tradebam eum in manum re- gum Syriæ, ipsi uero tanta crudelitate in eum grassati sunt, ut nec pregnantibus parcerent.

Porro quod hic dicitur (trituravit plaistris ferreis, hoc est, rotis dentatis) metaphora est, ducta a bobus paleas triturantibus, & frumen- ta excucientibua, ut plaistris ferreis triturare, sit cōculcare, desolare & deuastare. Quia meta- phora euā Esaias ut̄ cap. 25. Triturabit Moab sub eo, sicut teruntur paleæ plaistro. Tyrannis autem regum Syriæ in Israelem, cuius hic fit mentio, describitur primum 4. Reg. 8. Vbi ppheta Heliæus ad benhadad sic cit. Ciuitates

## EXPOSITIO

eorum munitas igni succendes, suuenes eorum  
interficies gladio, paruulos eorum elides, & pre-  
gnantes diuides. Quod postea impletum legit.  
4. Reg. 13. Iratus est, inquit scriptura, furor Do-  
mini contra Israel, & tradidit eos in manu  
Azahel regis Syriae, & in manu Benhadad filii  
Azahel cunctis diebus. Et postea, Intersecerat  
eos tex Syriae, & redegerat quasi puluerem in  
tritura areæ.

Vides quam plane cōueniant prophetæ uer-  
ba cum historia, ut etiam eadem trituræ meta-  
phora Amos utatur. Cæterum quod græcus  
non simpliciter transtulerit (triturauit plaustris  
ferreis ipsam Gilead) sed de suo addidit τὰς ἵ-  
γαστι ἐχοῦσας τῷ γαλαξίῳ, hoc est, pregnan-  
tes in Galaad, quamuis in Hebræo prophetæ  
textu (pregnantes) non habeatur, tamen pu-  
to adiectum esse uerbis Helisei, dum dicit,  
pregnantes diuides. Est autem Gilead, terra si-  
līs Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse, in  
possessionem a Mose adsignata, quemadmo-  
dum legitur Num. 32. & Iosue 22.

Audiuiimus, quantum scelus Syria in Israele  
commiserint, audiamus nunc sceleris supplici-  
um, quanquam satis iam supplicij præcesserit,  
cum Dominus dixit, se ob completa facinora,  
non fore ipsis propitium atq; benignum, At-  
ut sciamus iram Dei non nudam esse, sed habe-  
re secum poenam comitem, ideo additur. Mit-  
tam ig-

## AMOS PROPHETAE

tam ignem in domum Hazaël, & deuorabit palatia Benhadad, &c. Hazaël & Benhadad reges fuerunt Syriæ metropoli. Minatur igitur Dominus se regia palatia Hazaëlis & Benhadad, hoc est, regum Syriæ igni consumpturū. Et cōteram, inquit, uectem Damasci, qui sunt iudices, sua concordia & consensu totam ciuitatem continentis, atq; a temerario maiorum hominum insultu, legibus tanquam repagulis eam descendētes, Vnde Prouer. 18. scribū, Frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma, & iudicantes quasi uectes urbium.

Et eñciam habitatorem de campo Auen, Damasci cāpus fortassis, ideo Auen dictus est, q; Syriæ populus idolatriæ deditus fuerit. Nā Auen latinis est iniquitates seu idolum. Idem de nomine Eden sentiendum reor, quod aula regum Syriæ, dicta sit Eden, quia magno sumptu ad delicias & uoluptatem ædificata fuerit. Nam Eden latinis significat uoluptatem. Cyrene autem, ad quam translatus est, populus Damascenus, urbs est Lybico mari adiacens, a Baro Cyrini regis filio condita.

Cæterū, de Damasci deuastatione, & in Cyrenem translatione, cuius Propheta hoc loco meminit, legitur. 4. Reg. 15. Ascendit rex Assyriorum in Damascum, & uaftauit eam, & trans tulit habitatores eius Cyrenem, Rezin autem regem interfecit, iam si Dominus Damascenis,

## EXPOSITIO

Israëlem crudelius, quam par erat tractatibus,  
non parcer nec ignoscet, quanto minus uenia  
dabit Israëli, non solum crudelitate contra pro  
ximum suum, uerum etiam impietate manife  
sta contra Deum peccanti. Si igitur uos Israë  
litas ad resipiscientiam non invitauestrā felicitas  
qua nunc dono Dei, non uestro merito fruimi  
ni, invitet saltem aliarum gentium interitus, ut  
uerū Deum adoretis, eutacq; solum suspiciatis.

Sic dixit Domininus. Propter  
tria scelera Gazæ, & ppter quatuor  
nō cōuertā eam. Propterea q; in exili  
um coegerint extreme exules, ut tra  
derent eos ipsi Edom.

Et mittam ignem in murum Ga  
zæ, & deuorabit palatia eius.

Et disperdā habitatorē de Asdod,  
& scēpurigerū de Askalon, & conuer  
tam manum meam contra Ekron, &  
peribunt reliquiae Philistinorum, di  
xit dominator Dominus.

A supplicio Damascenorū, ad Philistinorū  
Iudicium transit Propheta, ut si Israelitæ suæ fu  
turæ

## AMOS PROPHETA.

turæ cladis ab exemplo Damascenorū admo-  
neri noluerint, admoneātur saltem a Philistijm  
suppicio. Euenerunt autē Philistijm (quos Latī  
ni Palestinos uocant) assidui & anniuersari Is-  
raēlis hostes, adeo ut sœpe ingentes ab Israēlis  
victorias reiulerint, cui rei fidē facit, area a Phi-  
listijm, sub sacerdote Heli capta, & postea Saul  
ab ipsis intersectus. Iam, quę alias, inquit domi-  
nus, mala populo meo intulerint Palestini, par-  
tim cōdonauit, q̄ utebar ipsis tanquam uirga  
ad puniendā populi mei impietatē, partim al-  
ternis uictorijs, quas Israēli benigniter cōcesser-  
ā, utrūq̄ uindicauit. Posteaq̄ uero nō solū ma-  
le affecerūt Israēlē, uerū euā malitiā suā in ipso  
compleuerunt, & afflictionē afflictioni populi  
mei addiderunt, nullus prorsum ueniae locus  
relinquit. Consydera enim mihi obsecro, pec-  
cati eorum grauitatē, & ingenue fateberis, ma-  
ius esse peccatum, quā ut impune remitti debet.  
Ego enī ob nescio quę delicta subirascebar  
populo meo Israēli & in exiliū ejciebā. Cū ue-  
ro illi a sedibus suis pfugi, latibula quererent,  
atq; ad Palestinos diuerterent, sperantes, se illuc  
asylum habitaturos, mirnm quanta inhumanit-  
ate a Palestiniis suscepit, quāta crudelitate tra-  
ctati sunt. Tutores latuissēt in medio luporū &  
leonū. Nō enī erāt cōtentū miseris irridere, exu-  
les ab hospitio excludere, nisi & ipos Edomiiis  
infēstissimis ipsoꝝ hostibꝝ traderet & diuēderet.

## EXPOSITIO

Esto, commeruerant Israelitæ exilium, esto, hostes Palestinianorum fuerant, esto multa mala eis quondam intulerant. Quid autem ad Palestinians, quod in Dominum Deum suum peccaverant? Num ideo licuit Palestinianis Israelitas affligerere, quia affligebat eos Dominus? Et tolerabile quidem bellico iure fuisse, si hostibus adhuc armatis, & nondum uictis, quælibet etiam num mala intulissent. At uictis & exilibus tam superbe insultare, opem implorantes tanta imisericordia alienis diuendere, hoc demum omnem crudelitatem superat. Nam etsi antea Palestini ab Israelitis mala multa accepissent, debuissent tamen, malis illorum præsentibus, exatirari & non addere afflictionem afflictioni.

Quoniam itaque cōpleuerunt in populo meo iniquitates suas, efficiā, ut tota urbs Gaza, quæ nunc nobilitate inter Palestinianas præcipua est, igni deuastetur, & ædes eius comburantur. Ciues quoque de Asdod urbe penitus disperdam, nec primatibus in Askalonē parcā. Quid dicā de Ekron? quam manus meæ grauitate prorsus opprimam, adeoque quicquid est Philistinorum radicitus euellam, & internitioni tradam. Sunt autem Gaza, Asdod, Askalon & Ekron Philistinorum urbes, quemadmodum enumerantur in primo libro Samuelis cap. 6. Porro quod illud propriæ flagitium sit, quod a Palestinianis in Israelitas commissum, hoc loco a Propheta

## AMOS PROPHETAE

Propheta describit historiæ sacræ, quantū ego sciam, non tradunt. Apparet tamen ex ipso tex-  
tu, Palestinos exules Israelitas, Idumæis tradidis-  
se, aut uendidisse, idq; ex ueteri odio, atq; inui-  
dia, qua erga Israelitas flagrabant. Contra Pa-  
lestinos prophetant quoq; Hieremias capit.  
47. & Ezechiel cap. 15, ut uideas de interitu  
Palestinorum spiritum sibi ubiq; cōsentiente.

Sic dixit Dominus, Propter tria  
scelera Zor, & propter quatuor, nō  
conuertam eam, propterea quod tra-  
diderint extreme exules ipsi Edom,  
& nō meminerint foederis fratrum.

Et mittam ignem in murum Zor  
& deuorabit palatia eius.

Zor pro Tyro interpretatur, quæ autore Pli-  
nio, quondam insula fuit præalto mari septin-  
gentis passibus diuisa, nunc uero Alexandri  
oppugnantis operibus cōtinens, cuius quoq;  
mentio saepe sit in Euangelio. Quemadmodū  
autem Palestini exules Iudæos, maiori exilio af-  
fecerunt, ita & Tyrj non mitius tractarunt eos  
Iudæos, qui ad ipsos, asyli conquirendi gratia,  
confugerant, Exules enim Israelitas Idumæis  
hostibus tradiderunt. Quod cum per se iniquū  
factum sit, tamen iniuriam auget, uetus amal-

## EXPOSITIO

amicia, quam Iudei cum Tyrinis habuerunt. Erat enim Hyram rex Tyri, Davidis amicus omni tempore, & postea cum Salomone pacis foedus percusserat, tantaq; amicitia Salomonis cōiungebatur, ut ipsum fratre appellaret, quēadmodum scribitur. 3, Reg. 5. & 9. Quę amicitia in posteris quoq; Iudeorum & Tyriorum durauit. Hoc tamē foedere, hac amicitia, hac maiorum fraternitate, Tyrin nihil commouit, nec ulla misericordia tacti, Israëlitas ob exilium miseris & calamitosos, maiori miseria afficiebat, & malis eorum ridendo contumeliose insultabant. Nam quia eadem, quę Palestini in Israële cōmisserūt, eidē etiā supplicio obnoxij erūt. Mittā enī, ingē dominus, ignē in murum Tyri, ut tota urbs incendio pereat. Quod siue a NebucadNezare Babylonis rege, siue ab Alexandro cognomēto magno, impletum sit, certe deuastationem hinc urbi euenturam, prædixerunt etiam Esaías cap. 23. Hiere. 47. Ezechiel. 26. 27 & 29. Et quę paucissimis Amos & Hiere, perstrinxerūt ea ue nusta amplificatione, Esaï. & Ezecl. dilatarūt.

Sic dixit Dominus. Propter tria scelera Edom, & propter quatuor non cōuertam eum, propterea quod persecutus sit gladio fratrem suū, & uiolaverit uterum suū, & mordicus tenuē

rit

## AMOS PROPHETAE

rit assidue iram suam, & furorem suum seruauerit perpetuo.

Et mittam ignem in Theman, & deuorabit palatia Bazrae.

Vide quam diligenter propheta, omnium gentium Israëlitis a quatuor mundi partibus, oriente, meridie, occidente & septentrione uicinarum iudicia perstringat, ut ipsi alienis periculis edocti, suarum futuram calamitatem peruideat. Nam Israel habet Damascum seu Syriam, de qua antea, ad septentrionem. Philistinos ad occidentem, Tyrum & Sydonem inter occidentem & septentrionem. Ammonitas & Moabitas, de quibus postea, ad orientem. Edomitas uero ad meridiem. Circuit igitur Amos a septentrione, hoc est, a Damasco ad occidentem, Philistinos uidelicet, & Tyrum ab occidente, hoc est, a Philistinis & Tyro ad meridiem, ad quem Edomitarum populus habitat. Ceterum ut ratio uocabuli Edom constet, Esau frater uterinus Iacob, dictus est Edom, quemadmodum legitur Gen. 25, a quo posteri eius nomen sortiti, Edomitæ dicti sunt, & regio ipsorum, Idumæa, seu Duma. His inquit dominus, Edomitis multa sclera remisi, insuper euam beneficis eos affeci. Nam cù eduterè populū meū Israel ex Aegypto, & multas gentes ante faciem eam deleret, prohibebā se

## EXPOSITIO

**Deus 2.** uere, ne quicquā mali fratribus suis filijs Esau inferrēt, ne regionem ipsorum hostiliter occūparent, non enim datus eram Israeli, ne uesii gium quidem pedis, de terra illorum, Adhæc uetabam, ne quicquam illic ciborum prædarentur, sed pacifice trāleuntes regionem illorū pane sua pecunia empio uescerētur. Postremo legem etiam adieci dicens. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est. Sed quam ob tanta beneficia gratiam illi retulerunt. Plane eandem quam olim patriarcha eorum Esau re tulit Iacobō. Quemadmodum enim Esau tacito odio Iacobum persequebatur, ut etiā nondum natum adhuc in utero existentem percelleret, & posteaquam esset in lucem xeditus, atq; iam grandæus factus, uitæ eius insidias tende ret. & fraterni, nec id simpliciter, sed uterini nominis appellatione, nihil commotus, inter si cere ipsum pararet, Ita & posteri Esau, una cū nomine etiam odium eius intestinum aduersus Israelitas hæreditates, nunquam non gladio suo Israelem persecuti sunt, ut & per Idumæos, uetus illud dictum, Fratrum iræ, ueris- cetur.

Tāto autem iniquius egerunt Edomitæ aduersus Israelitas, quanto cognatiōres ceteris fratribus fuerunt. Maiores enim eorum, non sim pliciter erāt fratres, sed fratres uteri, & gemelli. Igitur si Idumæos, a persecutione Israelitarum

## AMOS PROPHETAE.

non retrahebat fratris nomen, debuerat certe  
eos deterruisse, uterini adpellatio. Sed illi nec  
hoc deterriti uiolauerunt, ut Propheta ait, ute-  
rum suum. Pro utero Hebreus habet רָהַמִּין וְרָחָם, pro quo uetus translatio habet, misericordiam  
ricordia, nam & רָחָם Raham misericordiam  
significat. Græcus interpretatus est μητέρα ma-  
trem seu matricem. Sumitur autem hoc loco ma-  
trix, seu uterus, more Hebreo, p fratribus ute-  
rinis, seu pro ea cognatione, quam ex eadē ma-  
trice fratres uterini inter se contrahunt, ut sit  
sensus, Idumæi, cum debuissent, fraternali nomi-  
nisi reverentia, a persecutione destituisse, nec  
uterina cognatione commoti, iram & furorem  
suum deposuerunt, quin potius mordicus ho-  
stilem animum tenetes, amarulentiā perpetuo  
seruarunt.

Quid igitur suppliciorum, pro insigni illa et  
completa malitia, Idumæis inferam? Mittam ig-  
nem in Theman, & peribunt incendio edificia  
Bazrae. Sunt autem Theman & Bazra, Idume-  
orum seu regiones seu urbes, ut est Esaie. 63.  
Quis est iste, qui uenit de Edom, tinctis uestibus,  
de Bazra. Et Hiere. 49. Audite cōsilium Domini,  
qd' in iñt de Edom, & cogitationes eius quas  
cogitauit de habitatoribus Theman. Porro cō-  
tra Edom, seu Idumeam, prophetarunt etiā alij  
ut Esa. cap. 21. & 63. Abdias. Hieremias ca. 49.  
& Ezechiel 25. Malachias uero in primo capit.

D

## EXPOSITIO

Quod alii futurum de Idumaea prophetarunt,  
iam impletum esse describit.

Sic dixit Dominus , propter tria  
Scelera filiorum Ammon, & propter  
quatuor, nō cōuertā eos , propterea  
quod dissecuerunt pregnantes Gile-  
ad, ut dilatarent terminum suum.

Et succēdam ignem in muro Rab-  
ba, & devorabit palatia eius, in classi-  
co , in die belli , in turbine , & in die  
tempestatis.

Et ibit rex eorum in exilium , ipse  
& principes eius simul , dixit D O'-  
MINVS .

A meridie, hoc est, ab Edomitis, digreditur  
propheta ad Ammonitas & Moabitas, quæ gē-  
tes, respectu Israēlis, ad orientem habitant, ori-  
ginem suam ex Loth ducentes, quemadmodū  
legitur Gene. 19. Sic ergo dixit D O M I N V S  
aduersus Ammonitas. Ad alia quidem scelerā  
Ammonitarum, quæ in populum meum Israēl  
designarunt, hactenus ita conniui, ut etiam si  
eos imperio alieno subiecerim, totam tamen  
gentem

## AMOS PROPHETA

gentem, & gentis nomen non deleti, nunc autem cum tanta proferendi fines imperij sui cupiditate insanierint, ut etiam mulieres pregnantes in Gillead medias dissecuerint, quid reliquum est, nisi ut & ipsi penitus dissecantur & concubentes? Etenim Ammonitae, iam olim quidem more humani ingenii, quo plura habebant, eo ampliora cupientes, non contenti finibus regionis suae, quam non fortitudine virium suarum, sed benignitate & misericordia Dei possili debant, imperium etiam regionis Gillead adse stare coeperunt. Sic enim docent historiae sacre Iudicum capite undecimo, & primo Regum undecimo. Sed quod occupauerint Gillead, quae tamen a DOMINO, familiae Gad, Ruben, & dimidiæ tribus Manasse tradita fuerat, haud obscure significauit Hieremias in principio capituli. 49. dices. Hæc dicit DOMINVS. Nunquid non sunt filii Israëli? authæres non est ei? Cur igitur hæreditate possedit rex eorum (filium Ammon) ipsam Gad, & populus eius in urbibus illius habitauit?

Itaque, quoniam Ammonitae, dum aliena imperia magis affectarent, quam sua tuerentur, crudelissima atrocitate, populum meum in Gillead sic tractarunt, ut nec pregnantibus parcerent, efficiam, ut nec suos fines retineant, nec ab hostibus suis ullam clementiam sentiantur, sed una cum urbibus & habitationibus suis

D 2

## EXPOSITIO.

deleantur. Mittam enim ignem (hoc est) deuastationem & desolationem, in urbem eorum claram, nomine Rabba (de qua urbe. 2. Reg. 11. & 12.) & omnia urbis ædificia destruentur, totamque regionem eorum hostis aduentus ira depopulabitur, ut uix gentis nomen superauerit. Quinetiam rex & princeps eius, in exilium recessentur, & mutata conditione, in carceres ad ducentur, eo sane tempore, quo aduersarius hostis omnem eorum regionem, bellico strepitu, classico tumultu, tanque turbine ac tempestate implebit. Atque hoc futurum esse Ammonitis, prophetarunt etiam postea Hieremias cap. 49. & Ezechiel. 21. Cæterum ubi uetus tralatio habet Melchæ, ibi nos interpretati sumus (rex eorum) Nam alij putant Prophetam loqui de Ammonitarum idolo, quod. 3. Reg. 11. Moloch vocatur. Vt cuncte, siue pro rege, siue pro idolo accepteris, nihil obscuritatis in sensu habebis.

Sic dixit Dominus, Propter tria scelera Moab, et propter quatuor non conuertam eum, propterea quod cōbusserit ossa regis Edom in cinerem.

Et mittam ignem in Moab, & devorabit palatia Kerioth, & morietur in sonitu

AMOS PROPHETAE  
in sonitu Moab, in clavicula & in uoce  
tubæ.

Et disperdā iudicē de medio eius,  
& omnes principes eius interficiam  
cum ipso, dixit Dominus.

Vide quod æquissimus Iudex sit Dominus Deus noster. Non enim solum iniuriam prijs illatam, uerum etiam illam quoque vindicat, quæ impijs quidem, sed tamen iniuste infertur. Nam, ut Moabitarum rex impius erat, ita & rex Iudæorum, nihilominus tamen vindicat Dominus in Moab, eam crudelitatem, qua regis Iudæorum ossa in cinerem concremauerit. Nullus igitur uane stbi immunitatiæ a supplicio Dei pollicetur si iniuriam inferat homini, quem certe sciatur esse malum & impium. Est enim Deus ultor iniuriæ, siue bono siue malo illatae. Nam si leges ciuiles a priuato homine non ferunt, ut scorum contumeliosæ scortū appellaret, & lex Domini ferret ut mala malo iniussus inferretur. Mea, inquit Dominus, est ultio, ego repedam. Tu uero etiā inimico benefacias. Vt proximo benefacias præcipio, non autem præcipio, ut inter amicum & inimicum discernas. Vt tercij tu bi proximus es, Vtricq; beneficiendum es. Nonne & pater cœlestis oriri solem suum finit

## EXPOSITIO

Super bonos & malos & si igitur huius patris filius esse uolueris, oportet ut beneficentia charitatis tuæ super utrosque, & bonos & malos effundas. Aliud est, si Dominus aliter manda uerit. Israëlitis enim præcepit erat, ut gentes in terra Chanaan deuastaret. Magistratu*rum* quæciuii mandatum est, ut fontes puniat. Hæc autem non sunt generalia, sed personalia præcepta, Israëlitis, & legitimo Magistratu*m* priuatim a Domino data. Cæterum, generale est, omniibus tam amicis quam inimicis benefacere. Tametsi enim inimicus iuuus ob maliciam suam, neque apud Deum, neque apud homines, frugi homo tibi uidea*t*, non est tamen quod propterea inique ipsum trahare debeas. Tu quidē iudicas eum hominem prorsus inutilem, longe autē diuersum est Dei iudicium. Nonne & Pharaon uidebat, neque Deo utilis, cuius uerbo præfracter resistebat, neque hominibus, quos tyrannide premebat, Domino tamē Deo nostro, satis cōmodus uisus est, per quem nomen suum celebrius & gloriiosius coram pīs reddat. Quod si nulla alia inimici tui utilitas appareat, certe hæc multo maxima est, quod frequentibus suis iniurijs patientiam tuam atque animi tolerantiam exerceat ac probet. Vide, quātorum honorum ansam tibi præbeat inimici iniuria. Adflictio, inquit Paulus, patientiam parit, patientia probationē, probatio autē spem. Porro, spes non  
pude

## AMOS PROPHETAE

pudefacit. Sed h; c alterius sunt loci, ad Prophete interpretationē reuertor. Libuisse, inquit Dominus, ad alias Moabitarē impietas, quas nō tam in me, q̄ in populū meū designarūt cōniuere, sed quia in cōcremandis osib; regis Edō, peccata sua cōpleuerūt, ignoscere porro nec liber, nec licet. Proinde, ut dignum morib; faciūsc; suis exitiū accipiāt, tantam calamitatem in regionē eorū immittā, ut quicq; est, etiā magnificarū cōdium in urbe eorum Metropoli, nomine Kerioth desoleat, & regionis Magistratus, bellica strage interficiāt. Iam si Magistratum sustulero, quid reliquū erit, nisi totius regionis deuastatio. In qua enim regione Magistratus nō erit, in ea etiam si quidam habitauerint, non tandem diu a laeronibus, securi & incolumes perdurabunt.

Quale vero scelus illud fuerit, qd' Moab in regem Edom, ossa eius concremando cōmisserit, scriptura sacra, quod ego sciam, non tradit. Hebræi, authore D. Hieronymo, dicunt, ossa regis Idumææ, qui cū Ioram rege Israēl, & Iosaphat, rege Iudea ascēderat aduersum Moab in ultionem doloris, a Moabitis postea cōuulsa atq; succensa. Quid; si ex hoc loco interpretare mur, historiā quę scripta est. 4. Reg. 2. ubi sic legitur. Cōsurgens Israēl percussit Moab, at illi fūgerūt corā eis, Et postea: Circūdata est ciuitas a fundibularijs, & magna ex parte percussa.

## EXPOSITIO

Quod cum uidisset rex Moab prævaluuisse sc̄. licet hostes, tulit secum septingentos viros, eduentes gladios, ut irruperent ad Regem Edom & non potuerunt. Arripiensq; filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum, & facta est indignatio magna in Israël.

Vbi igitur historia habet, arripiens filium suum primogenitum, haud scio, num arripuit rex Moab, non filium suum proprium, sed filium regis Edom primogenitū, & concrema uerit eum coram oculis hostiū suorū super murum. Vnde quod Propheta ait, (Combussit ossibus regis Edom) non intelligitur de ossibus regis senioris, sed filii eius, qui propriea rex dicit, q; pro patre suo esset regnaturus. Sed quia communis habet sententia, q; per filium primogenitum, non filius regis Edom, sed Moab intelligendus sit, non magnopere contenderim. Quantiū ad Prophetæ intelligentiam attinet, satisfactum nobis erit, si cognoverimus, Moab compleuisse iniquitates suas in comburēdis ossibus regis Idumææ. Quomodo uero hæc concrematio facta sit, ociosorum esto negocium. Porro supplicia quæ hactenus Propheta aduersus Tyrū, Edom, Moab, & Amon uaticinatus est, impletæ sunt a Nebucad Nezare, Babilonis rege, quæ admodum scribitur Hicremiæ.<sup>27</sup>.

Sic dixit

## AMOS PROPHETA.

Sic dixit Dominus, Propter tria scelera Iuda, & propter quatuor non conuertam eum, propterea quod resiecerint legem Domini, & mandata eius non custodierint, & deceperint eos mendacia ipsorum, post quæ ambulauerant patres eorum.

Et mittam ignem in Iuda, & devorabit palatia Hierusalem.

Quæ præcesserunt iudicia aduersus incredulas gentes, pronunciata sunt. Possent igit̄ Israēlitæ, in quorum terrorem hęc omnia dicuntur, uana spe sibi applaudere, atq; dicere: Nihil ad nos gentium incircumcisarum supplicia, propterea quod gentes non sunt populus Dei, nō habeant legem & testamenta, sed prorsus sint Deo abominabiles. Non igit̄ mirum est, si radix propter impietates suas extirpentur. Nos uero sumus semen Abrahę circumcisum, cui Deus promisit, sese in omnibus aduersis afflore. Nos sumus filii, de quibus Dominus Deus noster dixit, filius meus primogenitus Israël. Et iterum, Vos eritis mihi in peculium de cunctis populis, Vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Qui ergo fieri posset, ut

D,

## EXPOSITIO

nos Dominus deleret, sicut forte impias gētes,  
perditionem optime meritas, deleturus est.

Itaq; ne Israēlitæ hac tergluersatione, omnē  
timorē a se excuterent, Propheta Amos, ad pri  
ora iudicia adiūgit etiam suppliciū regni Iuda,  
ut ex illo regnū Israēl colligat, q̄stū quāq; graue  
ipsum maneat exitium. Si enī Dominus nō par  
cet illi populo, qui ab ipso in possessionē electus  
est, penes quem est templum Domino sanctissi  
matis, in quo offeruntur holocausta uesper  
tina & matutina, cuius regnum æternum fore  
promisit, qui habitat in Hierusalem, urbe a  
**D O M I N O** præ omnibus alijs electa, sed po  
tius grauissime ipsum affliget, propterea quod  
legem & mandata Domini non obseruauerit,  
& fictiōis cultib; iuxta paternas traditōnes  
& fundationes Deum coluerit. Et tu Israēl, im  
punitatem tibi polliceberis, cum sexcenties gra  
uius quam regnum India, aduersus Deum pec  
caueris. Noli te ipsum uana pollicitatione se  
ducere, impune non abibis. Apud Dominum  
enī circūcisio externa nihil est. Semen Abra  
hæ externum nihil est. Legem habere nihil est,  
sed obseruatio mandatorum Dei aliquid est, &  
tum prodest circumcisio, si legē obseruaueris.

Iam. qā Iuda, etiā si fuerit circūcisus, tēplū ha  
beat, uesper & mane offerat holocausta, ramen  
gesciat legē Dei, & mandata eius nō custodiat,  
sed potius

## AMOS PROPHETAE.

sed potius paternas impietas, quam Dei uerbum sequatur. Ideo mittam, inquit Dominus, ignem in Iuda, & deuorabit palatia Hierusalē, hoc est, quemadmodum genium incircuncisārum regiones deuastabuntur, ita & regnum Iuda defolabit, & populus eius in captivitatē aduertetur, quod impletum est sub Zidekia inde uastatione Babylonica, per regem Nebucadnezarem.

Porro quid dicitur (deceperunt eos mendacia ipsorum) ad cultus factios, & idololatrias respicit, quae in regno Iuda contra uerbum Dei perpetrabantur. Cultus enim factio, dicuntur mendacia, propterea quod non ex uerbo Domini, quod est ueritas, sed ex bona hominum, quam uocant, intentione, & hypocritica adjunctione, quae est mendacium, instituiti sunt. Solent autem huiuscmodi cultus, duobus potissimum nominibus seducere, Altero, quod speciem habeant in oculis hominum splendiddissimā, altero, quod parētes & maiores, quos suspicimus & ueneramus, eos institerit, adeo q̄ns Deum coluerint. Itaq; ne pius quispiam his fucis seducatur, necessarium est, ut ex oculis suis, speciei honestatem, & maiorum autoritatem seponat, in solum autem uerbum & præceptum Domini respiciat, in quo tanquam firma petra consistens, aduersus omnem hypocrisim se setueatur.

EXPOSITIO

CAPVT II.

**S**I dixit dominus: Propter tria sc̄e  
lera Israēl, & propter quatuor nō  
conuertā eum, propterea quod uen-  
diderūt pro argento iustum, & pau-  
perem propter calciamenta.

Conterunt in puluerem terræ ca-  
put miserorum, & uiām affictorū  
declinant. Similiter uīr ac pater eius  
uadunt ad puellam, ut polluant no-  
men sanctum meum.

Et super uestimentis pignoraticijs  
recumbunt, iuxta omne altare, & ui-  
num mulctatorum bibunt in domo  
Dei sui.

Et ego exterminaui Amorræum  
a facie eorum, cuius altitudo Cedro-  
rum altitudinē ( æquabat ) & fortis  
ipse quasi quercus, & cōtrui fructū  
eius desuper, & radices eius subter.

Et ego

## AMOS PROPHETAE

Et ego eduxi uos de terra Aegypti, & duxi uos in deserto quadraginta annis, ad possidēdam terrā Amor

Etsuscitauī de filijs uestris Cræsi Prophetas, & de iuuenibus uestris Nazaræos: nunquid non est ita, filij Israël, dicit Dominus?

Et propinastis Nazaræis uinum, & Prophetis mandaſtis dicentes, ne prophetetis.

Ecce ego anxior subter uos, quēad modū anxiaſ plaustrū onustū ſceno.

Et peribit fuga a ueloce, & fortis non corroborabitur potentia ſua, & robustus non liberabit animam ſuā.

Et apprehendens arcū nō cōſtabit, uelox pedibus ſuis nō liberabitur, & uectus equo nō liberabit aīam ſuam.

Et robustus corde inter fortes nudus effugiet ī die illa dicit Dominus.

## EXPOSITIO

Peruenit uel tandem propheta ,ad huius libri præcipuum argumentum, uidelicet, regnum Israël, in quo præter idololatriæ impietatem, aduersus Deum, horrenda etiam flagitia aduersus proximi charitatem designabantur. Princípio, regni eius incolæ, uendebant pro argento iustum, & pauperem pro calciamenis. Huius loci uaria est interpretatio. Sunt qui exponant locupletiores, & nobiliores Israelitarum, pauperes, sed innocentes & nitiil tale meritos, extraneis gentibus, accepto precio uendidisse, contra Domini legem, quæ scripta est Deu. 24. Si deprehensus fuerit aliquis furans fratrem suum de filiis Israel & locauerit aut uendiderit eum, interficietur fur ille, & auferes malum de medio tui. Quod si hæc fuerit huius loci sententia certe exprobrat Amos Israelitis, quod impunè in imperio suo tulerint plagiarios, latrones, & prædones, adeo q̄ illos, qui capiunt homines, ut exigant pecunias.

Cæterum nisi allo uocaret me, hoc quod postea causa scribitur, ubi hæc sententia repetitur sed alijs uerbis, uidelicet, ut possideamus pro argento egenos, ita potius exponerem, ut magistratus populi hoc loco accusaretur, quod ob personarum respectum & munerum acceptiōnem, iusti et innocentis cauſam, in iudicio peruerteret, atq; pauperem in gratiam diuīs opprimeret. Id quod s̄ per numero magistrati bus a

## AMOS PROPHETAE.

bus a prophetis obiectur. Esaias inquit, Vae quia condunt leges iniquas et scribentes iniusticia scripsierunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent caussae humilium populi mei, Et Micha, Audite principes domus Iacob & Iudices domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia reata pertueritis,

Sed quia postea quasi exponendo dicitur (ut possideamus pro argento pauperes) ideo hunc locum intelligamus de auaris diuitiibus, qui usuris suis, pauperes sibi obnoxios reddebat, atque in seruiturem suam redigebat. Tam etiam enim lex Domini dicat, Si pecuniam multam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opimes, & iterum. Non foeneraberis fratri tuo ad usuram, pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, diuites tamen hac lege contempta, usuris suis, pauperes alioqui innocentes et honestos, non solum expilabant, uerum etiam in suâ potestate & seruitute redigebant. Quod si hæc fuerit sententia, textus sic transferendus est: propterea quod emerint pro argento iustum: nam dictio Michram, quæ hic ponitur, indifferens est ad uenditionem & emptionem.

Etab hac expositione non admodum abhorret quod segit, Et pauperem propri calciamera, scilicet emerit. Vbi nos habens calciameta, hebreus legit, Naalim, quod significat clausuras & ob-

## EXPOSITIO.

obsignationes, hinc quia calceus pedem claudit, significat etiam calciamenta. Quocunq; autem modo acceperis, certe auarorum impietas erga pauperes describit, quod auari emerint, in seruitute suam redegerint, aut potius oppresserint egenos, ut terminos agrorum suorum dilatarent, atq; maximo uictorū pauperum in modo fines suos proferrent, omnesq; circumacentes agros suis terminis concluderent. Tam morosa enim est libido habendi & dominandi, ut sicut nec regni confortem, ita nec agrorum uicinum ferre queat. Vnde & Esaias: Vt illis intonat, dicens: Vt qui coniungitis domū ad domum, & agrum agro copulatis, usq; ad terminum loci &c.

Hæc ita interpretor, perinde ac si pro Naassim, cōclusiones agrorum, legeres. Quod si uero calciamentum arriserit, quid impediret quominus eandem sententiā arripias, & pro calcimento, agrorum possessiōem intelligas. Nam & calciamentum in eadem metaphora, in psalmo legitur. In Idumēam, inquit, extendam calciamentum meum, hoc est, terminos regni, & fines imperij mei. Huc accedit, quod per calciamenū solutionē, pro ueteri apud ludicos more significabat cessio & resignatio iuris sui, quod quis in agro aliquā possidebat, quēadmodū scribitur Ruth. 4. Non igit alienū est, si calciamenta pro possessionum finibus acceperis. Nisi forte placueris

## AMOS PROPHETAE

placuerit D. Hieronymi expositio, qui calcia/  
menta interpretatur, pro rebus uilissimis, qui/  
bus a uarii preiosam animam hominis paupe/  
ris uendiderunt. Nec his contenti maligni ho/  
mines, quod uendiderint innocentes, quod  
pauperes deglubant, in super hoc malum adij/  
ciūt, quod miseris & afflictis prorsus abomi/  
nentur, contemnant, deſciant, conterant, ac/  
uelut pedibus conculcent, & quum miserorū  
afflictiones benigna compellatione leuare de/  
berent, eorum occursum quasi malū omen  
auersantur. Ethæc mala aduersus pauperes da/  
signant.

Quid uero dicā de fornicationibus & adul/  
terijs ipsorum? Parentum est, ut castorū morū  
exemplo, liberos suos ad castitatem inuitent.  
Sed ecce, qualis pater, talis filius. Pater fōnicā/  
tur, filius scortatur. Pater adulterium commit/  
tit, filius incestum. Pater libidinem exercet pro/  
hibitam, filius turpem sequitur luxum. Breui/  
ter, Pater & filius, saepe eandem etiam pueram  
(o flagitium detestandum) yamant. Quo faci/  
nore sit, ut nomen meū contaminetur, & pes/  
sime inter gentes audiat. Ut enim nomen meū  
sanctum est, ita quoquot illo glorianiur, san/  
cte uiuere oportebat. Nunc autem cum flagi/  
tiōfissime Israelite uiuant, nonne nomen meū  
per se sanctum & immaculatum, illorum hor/  
rendis criminibus sordidatur? Quis enim uel  
6

## EXPOSITIO

infirmorum in fide, uel incredulorum, uidens tantam uiciorū Lernam in populo Dei, de nomine Dei, quo mali gloriantur, bene sentiret aut loqueretur? Non igitur simpliciter peccat illi facinorosi. Primum enim flagitijs suis legē Dei praeuaricantur. Deinde, infirmum in fide grauiter offendunt. Postremo incredulum, ad odium nominis Dei, quod mali prospicentur, incitant atq; commouent.

Et hæc forte tolerabilia essent, si hic esset peccatorum finis, sed iniquitas alia aliam trudit. Nam posteaquam pessima quæcū uiciorum genera designarint, tum demum, ut honestatem suam tueantur, ad cultum Deo præstandū, uel tandem accedunt, atq; ibi, cum optimi uideri uoluerint, pessimi sunt. Nam super uestimentis pignoraticijs recumbunt iuxta omne altare & uinum mulctatorum in domo Dei sui bibūt hoc est, solennia instituunt & peragunt sacrificia & conuiuia, nō e bonis iusto labore, aut hæreditate acquisitis, sed e rapinis & pignoribus pauperum, & ex eorū opibus, qui iniuste puniti atq; iniquo iudicio damnati sunt. In sacrificijs magnifica celebrant conuiuia, ubi si cōuiuorum suppellestilem cōsideraueris, non sunt nisi pauperum pignora, si sumptum, nō sunt nisi opes iniuste mulctatorum.

Porro de reddendis pignoribus lex sic habet, Deu. 24. Cum repetes a proximo tuo rem

## AMOS PROPHETAE

aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius &c. Quo loco lex iubet pignus pauperi ante solis occasum reddere, non iubet templo offerre. Sic alias iubet, ut iuste iudicetur, non iubet, ut magistratus pauperem deglubat, & postea cultum diuinum ex rapina illa pauperis instituat. Hoc enim non est Deo sacrificium offerre, dum cogitur rapinæ & particeps in cultu suo, & operculum esse.

Cæterum, quod apud Iudeos in cultibus suis, hoc apud Christianos sub Papatu in sacerdotijs & anniversarijs instituendis contigit. Hæc enim plerunque bonis fœnore, rapinis, aut columnis acquisitis, instituta sunt. Nam morituri, rapinarum & fœnorum suorum consciens, Christum ignorantes, inferni tamen supplicia formidantes, hoc consilio sibi succurrere conati sunt (sed frustra) si parvem fœnorum & rapinarum, ad cultum Dei transferrent, quo & relicta haeredibus pars, in conspectu Dei iustificaretur. Vnde uidemus ea bona, uulgari etiamnum proverbio testante, carere benedictione. Pfaffen gut faselt nichts. Idem fere usu uenit in ornamentis ecclesiasticis. Posteaquam enim mulieres in delitijs uiuentes satis aduersus Christum in uestimentis suis præciosis lasciuierint, tum demum consecrant ea templis, ut ex ipsis ornamenta Missatica confiantur, quo celebrius sacrificetur, adeoque imprudenter im-

## EXPOSITIO

pleatur illud Ezech. cap. 16. Sumens de uestimentis meis, fecisti tibi excelsa hinc inde consuta, & fornicata es super eis sicut neç est factum neç futurū est. Et tulisti uasa decoris tui de au-ro meo atç argento quæ dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas & fornicata es in eis, & sumplisti uestimenta tua multicoloria & ope-ruisti illa. Quale igitur supplicium pro hoc sce-lere tibi inferetur? Sequitur apud Ezechielem, Hæc dicit Dominus, Ecce congregabo amato-res tuos contra te undicę, & denudabunt te ue-stimentis tuis, ut auferat uasa decoris tui, & de-relinquent te nudam plenamq; ignominia, ad-ducent super te multitudinem, lapidibus lapi-dabunt te, & trucidabunt te gladiis suis &c.

Ego autem exterminavi Ammorraū &c. Post flagitorum in Israël enumerationem, re-censet Dominus beneficia, quæ in Israélitas cō-tulit, & quibus illi, ad mutuum officium & gra-tiarum actionē inuitari debuissent. Sed impie-tas more suo pergit esse impietas, & subinde potentior erumpit, beneficis diuinis saginata. Ego, inquit Dominus, ut ad obsequium legis meæ Israélitas benefaciendo inuitarem, radici-tus hostes eorum Ammorraeos contrivi, ita ut nec reliquæ de ipsis superstites remāserint, q̄ uis robore suo, & fortitudine, quercus ac ce-dros equarent (hoc est) longe omnium for-tissimi essent, Nihilominus tamen, quemadmo-dum are-

## AMOS PROPHETA.

Dum arbor aliqua, saepe una cum radicibus, trunko, ramis & fructibus, et terra euelliunt, & in ignem coniicitur, ita gentem Ammoræorum a stirpe sua euulsi, propter Israelitas, ut illi quidem penitus perirent, hi autem beneficio meo inuitati, me meamq; legem agnoscere discerent.

Et ut manifestum fieret, eam uictoriati esse meum, non fortitudinis populi Israeliti beneficium, initio permisi, ut gladio Ammoræi percussi, ob impieiatem suam infeliciter pugnant & caderent, quemadmodum scribit Numb. 24. & Deu. 1. Postea uero, ut notam ficerem erga Israelem misericordiae meæ magnitudinem, gentem illam sic deleui, ut uix nomen gentis reliquum fieret. De his autem uictorij, vide Numb. 21. Deu. 2. & 3. Iosue. & o. Iudicij. n. Huc accedit quod scribitur Psal. 134. Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes, Secon regem Ammoræorum, & Og regem Basan, & omnia regna Chanaan &c. Paruum forte hoc beneficium uideretur, si Israelis fortitudo antea tanta fuisset, ut suis uiribus tot reges Ammoræorum seu Cananeorum debellare potuisset. Nunc autem in Aegypto Israel adeo affligeatur, & opprimebatur, ut contra unum regem Aegypti, ne hiscere quidem atq; mutire auderet, quin potius laboribus defellus, adeo imbelis factus erat, ut ne nidum quidem picarum,

## EXPOSITIO

quemadmodum prouerbio dicitur, oppugna  
re potuisset, nedum tot reges armatos, & ur-  
bes muratas. Ego uero, ut ab initio meam erga  
ipsum misericordiam declararem, liberaui eū  
principio ex Aegypto, fornace illa ferrea, nec  
hac solum, uerum etiā in deserto quadraginta  
annis cum ipso ambulauī, dirigens uiam eius,  
nube & columna, pluens manna de cœlo, dās  
aquam de petra, mittens cornices trans mare.  
Breuiter omnibus beneficj̄s eum obruens, do  
nec educerem ipsum ad terrā Chanaan, in qua  
& Ammoræus habitat, & darē ei terram illā  
in hereditatem, hereditatē, inquam, Israëli po-  
pulo meo. En obtinuit eā, habet, possidet, frui-  
tur. Quid mihi pro tantis beneficj̄s reponit  
nihil aliud nisi meras iugratiitudines. Porro,  
ne non satis liberalitatem mēā e corporalibus  
beneficj̄s, intelligerent Israelitæ, adieci & spiri-  
tualia. De filiis enim ipsorum suscitaui prophe-  
tas, & de iuuenibus eorum Nazarēos sanctos.  
Quid dicā: nihil non beneficj̄s meis apud ip-  
sos tētauī, ut saltē minus peccarēt, si oīno nihil  
bene agere uellent. Mis̄i prophetas, nō aduenas  
sed indigenas & gentilicios, qui uerbo domini  
erudit̄i, legē Dei prædicarent, & ad resipiscētiā  
uerbo suo inuitarent. Sed ipsi hoc beneficium  
diuinum cōtemnentes, prophetas etiā pseque-  
bantur, & uetabant, ne prædicarent uerbum  
D E I. Elegi quoq̄ inter ipsos, Nazaræ  
os qui

## EXPOSITIO

rzos, qui sancto suo exemplo, & uitæ austerioritate populum ad temperantiam & modestiam hortarentur. Quis ex uobis negare hoc audebit? Manifestius certe est, quā ut negari possit. Sed tantum absuit, ut exemplum temperantiae in ipsis imitaretur, ut potius Nazaræos coegerint, ipsorum more, intemperanter uiuere, & contra præscriptum regulæ suæ uinum bibere.

Cæterū de lege Nazaræorū scribitur Num. 6, qui fuerūt inter Israēlitas, quasi monachi Domino sanctificati, propriā quadam uiuendi regula ab alijs hominibus separati. Quādo enim natura per se prona est, ad instituēdos cultus electiōis, ideo Spiritus sanctus, multa diligētia apud Israēlitas cauit, ne quicquā in cultibus diuinis tentaretur, citra Verbum Dei. Hinc est q̄ tot sacrificiorū ritus, per totum Leuiticum de scribantur, similiter tam mirabilis uiuendi regula, Nazaræis uotariis ponatur, non q̄ in ihs cultibus aliquā religiōis uis posita sit, sed ne populus pro sua libidine, in quoquis obuios cultus citra uerbum ferretur. Tota enim uis in ihs cultibus, non in opere, sed in uerbo posita est, & propter uerbum seu ordinationem Dei, non propter opus Deo placent.

Vnde, quia hoc loco exprobratur Israēlitis, quod Nazaræis uinum propinauerint, nō propter opus ipsum tantopere irascitur Dominus. Qui em Deus opus illud, uini uidelicet

## EXPOSITIO

exhibitionē & potum, qui per sese condemnat, qui alias iubet dicens: Date siceram mōrē tib⁹bus, & uinum his qui amaro sunt corde. Sed ideo exprobatur, quod contra legem Dei, & uerbum Domini, Nazaræos uinum bibere coegerint. Tolle uerbum Domini, & liberum est uinum bibere, adde uerbum Domini, & uinū exhibere aut bibere, tam grande est nefas, quam adulterium, aut latrocinium. Sic Adamo in paradiso lex data erat, ne uesceretur de pomis arboris scientiæ boni & mali. Parua quidem per sese res est, pomo uesci, sed non parua res erat uerbum Domini, quo pomi eſus ueſtabatur. Eſum forte pomi per ſe non magnopere requiri rebat Dominus, magnopere autē requirebat, mandat & uerbi ſui obſervationem.

Sic Sauli mandabatur, ut in Galgala expectaret septem diebus, donec Samuel ad ipsum ueniret, et iunc faceret Domino holocaustum. Et expectabat quidem Saul septem diebus, offerebat tamen holocaustum ante Samuelis aduentum. Quid ergo s' Leuicula res uidebatur, etiā ſit tantus rex, contemptum sacrificulum non expectaret, uidebatur quoq; rectum, si Domino holocaustū fieret. Sed hoc opere, perdidit Saul coram Deo regnum ſuum, & audit, Nequaq; regnum tuum ultra conſurget. Quæſiuit Dominus ſibi uirum, iuxta cor ſuum &c. Non requirebat quidem Dominus per ſe, tantill⁹ temporis

## AMOS PROPHETAE.

temporis præoccupationem, sed magna cura  
requirebat, uerbi sui obedientiam. Ita enim ait  
Samuel: Nunquid upli Domus holocausta  
& uictimas, & non patens ut obediatur uoci  
Domini? Melior est enim obedientia quam uictima,  
& auscultare magis quam offerre adipem arietum.

Iam, ut & de Nazaræorū figura pauca adiū-  
ciam, Nazaræi adumbrariūt omnes pios Chri-  
stianos, & regula eorum uiuendi, forma est ui-  
tæ institutionis in Christianismo. Quia enim ui-  
num bibere uerabantur, significat Christianos  
debere non quidem ab omni abstinere uino,  
sed continentissimā agere uitam, ne nimio ob-  
xui uino, in libidine incident. Vnde Paulus  
Ephe. 5. ait. Ne ineberiemini uino, in quo luxus  
est, & ad Timoth: Non multo uino deditos.  
Quod uero nouacula non transierit per caput  
Nazareorum, omni tempore separationis Iuc,  
admonet Christianos, ne deliciis diffluant, ne  
seruiant lasciuij, & molliciei, sed masculos &  
uiriles mores exprimant, & per omne uitæ suæ  
tempus, sanctitatem præsentent. Huc accedit, quod  
Nazaræi super mortuum nō ingrediebantur,  
quod quid aliud significat, quam Christianis non  
licere mortuaria opera sectari, & peccata mor-  
talia committere, ac ne patris quidem et matris  
& fratri & sorori exemplum in peccando se  
qui. Qui enim, inquit Christus, diligit patrem  
& matrem plus quam me, non est me dignus.

## EXPOSITIO

ECCE EGO ANXIOR SVBTER  
VOS &c. Anxiatur & stridet, ac, ut ita dicā,  
ululat plaustrum sceno prægrauatum. Quod  
igitur scēnū est plaustro, hoc uos Israēlitæ pro/  
pter peccata uestra mihi estis, uidelicet, tam gra/  
ues & molesti, ut deficiam, nec ferre possim.  
Quis em̄ tam horrenda scelera sustineret? quis  
ad tanta flagitia cōniueret? Itaq; iudicio meo ef/  
ficiam, ut nec ueloces fuga sua poenā effugiāt,  
nec fortes potentia sua euadant, nec robusti ui/  
ribus suis, uitam suam vindicent, nec sagittarij  
constent, nec pedites, nec equites liberētur, sed  
etiam si quis maxima fortitudine præstans, non  
interficiatur, tantis tamē malis obruetur, ut vix  
nudus effugiat, idq; fieri in illo die, quem Do/  
minus futuro supplicio impietatis destinavit,  
quo DOMINVS uisitatus est omnia im/  
piorum Israēitarum scelera. Quis hæc dicit?  
quis hæc prædicat? non homo, sed Deus, nō  
seruus, sed rerum omnium DOMINVS,  
qui ut non fallit mendacio, ita non fallit hypo/  
cisi. Proinde, si tanta suppicia effugere uolu/  
eris, resipiscite, ac dignos pœnitentiae fru/  
ctus facite, & resipiscet DOMINVS ab eo  
malo, quod contra uos est locutus. Potest eti/  
am hic locus aliter exponi, ut in hoc uersu (Ec/  
ce ego anxior subter uos &c.) ad leonum alio  
qui terribilium, formidolosam naturā respicia/  
tur. Nam authore Plinio, tametsi leo, animaliū  
omniū

## AMOS PROPHETA.

omnium fortissimū & sevissimum sit, tale tamē  
tamq; seu animal, rotarū orbes circumacti,  
currusq; inanes, & gallinaceorum crista, can-  
tusq; etiam magis terret, sed maxime ignes.

Est igitur hæc sententia, Vos Israëlitæ, nunc  
leones estis, nunc fortes, nunc bellaces, nunc  
audaces estis, nondum reuelato impietatum  
uestrarum iudicio, omnia prospera uobis pol-  
licemini. Sed quemadmodum saeuissimos leo-  
nes, stridor inanum currum terret, ita ego  
quasi currus subter uos stridebo. Tūc uos qui  
antea leones ferriuoræ videbamini, tantus ter-  
ror comprehendet, ut nusquam tutam salutē  
adsequi possitis. Cursori non proderit sua ue-  
locitas, fortem non tuuabit audacia. Potenter  
non iuuabit robur corporis sui. Sagittarium  
non defendet arcus aut telum, Pediti non pro-  
derit festinantia sua, Equiti non auxiliabit equi  
uelocitas. Breuiter, etiam si fortissimus quisq;  
mortem effugiet, tamen nudus effugiet, tanta  
futura est impietatis adflictio. Ex hoc loco ui-  
des, nulla dona corporalia posse nobis aliquid  
adiumenti in iudicio diuino afferre, tuxta testi-  
monium Hieremiacē dicentis: Non glorietur sa-  
piens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine  
sua, nec diues in diuinijs suis &c. Eadem habes  
infra capite nono. Non erit fuga eis, & qui fu-  
gerit ex eis, non saluabitur.

EXPOSITIO.  
CAPUT III.

**A**Vdite uerbum istud, quod locutus est Dominus super uos, filij Israël, super omnem familiā, quā eduxi de terra Aegypti dicens,

Tantummodo uos agnoui ex omnibus familijs terrae, propterea uisitabo super uos omnes iniuitates uestras.

Alia Prophetæ contio, qua Amos futuram regni Israël deuastationem, argumento a consensu spiritus in Prophetis dueto, comprobat. Audite, inquit, non meum somnium, sed Verbū qđ Dñs locutus est, non aduersus incircumcisas gentes, ne uobis ob circumcisionem uestram blandiamini, sed aduersus uos filios Israël, aduersus omnes familias, quas Dominus misericordia sua ex Aegypto liberauit, ne forte existimetis Dominum idcirco non uisitare iniuitates uestras, quod patres uestrorum quondam potentissimā manu e fornace ferrea Aegypti eduxerit. Nihil uobis peccantibus proderit Partum pietas, nihil iuuabit præterita liberatio, quin potius, q̄ maioribus hactenus beneficj̄ a Domino

## AM OS PROPHETA E.

Dominō affecti estis, eo grauioribus supplicijs  
ob ingratitudinem uisitabimini. Audite igitur  
quid Dominus loquatur. Ex omnibus terrae fa-  
miliis duntaxat uos agnoui, uos elegi, ut esse-  
tis gens sancta, regale sacerdotium, atq; adeo po-  
pulus meus peculiaris, in quo omnibus genti-  
bus nomen misericordiae, potenuae, & benigni-  
tatis meae declarem. Et elegi uos, non quia cun-  
etas gentes numero uincebatis, cū fueritis om-  
nibus populis pauciores, sed quia dilexi uos,  
& custodiui iuramentum, quod iuraui patrib.  
uestris. Propter uos autem reliquas gentes par-  
tim odio habui, partim penitus deleui, ut uos  
terram eorum possideretis. Quid pro his bene-  
ficijs mihi retulisti? Primum, aduersus Deum  
impij, deinde aduersus proximum iniurijs estis,  
hoc est, omnia flagitorum genera designatis.  
Idcirco multitudinem peccatorum uestrorum  
supplicij grauitate recompensabo.

Cæterum quod hic dicitur, Tantummodo  
uos agnoui ex omnibus familijs terrae. Posset  
aliquis querere: Ergo ne Dominus non agno-  
scit, nec curat alias gentes? Nonne Paulus scri-  
bit, quod Deus, non Iudeorum tantum, uerū  
etiam gentium Deus sit? Absit, ut dicamus, De-  
um non item aliarum gentium Deum esse. Quæ  
enī Iudeis beneficia corporalia Dominus præ-  
stavit, eadem etiam ac longe maiora alijs popu-  
lis contulit. Dedit Israelitis terrā Chanaan, sed

## EXPOSITIO.

Incircumcisiss dedit totā aliā terrā, prae qua, quā  
tula obsecro, terra Chanaan portio est; Contu-  
lit Israēlitis regionē fluentē lacte & melle, sed gē-  
tibus cōtulit plerasq; regiones, butyro et adipe  
fluentes. Donauit Iudeis regnū, sed illud uix re-  
gni umbra est, si conferas cū Babylonico, aut  
Alexandrino, aut Romano quondā, qđ incir-  
cumcisiss gentibus donauerat. Sed hoc interest  
qđ Iudeis talia beneficia collata sunt per Verbū  
Domini, & per fidem accepta. Gentibus uero  
collata sunt citra Verbū, & possessa citra fidem  
Quāto igit̄ Verbū Domini, & fides infidelitatē  
prēstant, tanto maiora sunt beneficia Iudeis, qđ  
gentibus collata. Tametsi em̄ gentiū beneficia  
superent Iudeorū beneficia, extrema doni præ-  
ciositate, nō tamē superāt ea, diuina misericor-  
dia & liberalitate. Ad hęc, Deus quidē alia  
gentiū Deus, tantum est creator, cōseruator, &  
nutritor. Israēlitarum uero seu fideliū, non tam  
corporis cōseruator, quam totius hominis sal-  
uator æternus. Alijs quidem gentibus Deus  
est potens, p̄ijs uero & spiritualib. Israēlitis, De-  
us est misericors & pater. Itaq; cū ppheta hoc  
loco dicit, Deū tantūmodo Israēl agnouisse,  
non de potētia maiestatis eius, qua uniuersa ad  
ministrat, intelligas, sed de misericordia et beni-  
gnitate per meritum & fidem amplectitur.  
Sed qđ absurdia inquies hęc est argumētatio Ele-  
gi uos p̄ oībus gentib. idecirco uisusabo iniqui-  
tates

## AMOS PROPHETAE

tates uestras. Nōne magis cōfessaneū esset. Ele  
gi uos, ideo etiā parcā & ignoscā uobis. Age  
memineris pacti, q̄ Dominus cū populo Israē  
litico cōuenit Exo. 19. Deu. 7. & 28. Si audieris  
uocē Domini Dei tui, eris benedictus. Si nō au  
dieris, eris maledictus. Ex hoc pacto cōuenien  
ter sequitur: Elegi te pacto quodā, ut legē meā  
seruares, sed qn̄ recesseris a pacto, puniā te, ita  
enī inter nos conuentū est. Rursus audio, si hēc  
est cōditio populi Dei, ut grauius ppter pactū  
puniat, prēstat esse gentilē sine pacto; Respōdet  
Paul. Ro. 2. Qui sine lege peccauerint, sine lege  
peribunt, ita qui sine pacto impie fecerunt, sine  
pacto punientur.

Num ambulabūt duo simul, nisi  
cōuenerint? Num rugiet leo in  
sylua, & prædam non habeat? num  
dabit catulus leonis uocem suam de  
cubili suo, nisi aliquid cooperit,

Num cadet avis ī laqueū terre absq̄  
aucupe? num auferet laqueus de ter  
ra, priusq̄ capturam cooperit. Num  
clanget tuba ī ciuitate, & populus  
non expauescet? num erit malum in  
ciuitate, & Dominus non faciet.

## EXPOSITIO

Quoniam non faciet dominator  
Dominus uillam rem, nisi reuelauerit decretum suū seruis suis prophetis.

Leo rugit, quis non timebit: dominator Dominus locutus est, quis non prophetabit?

Quia dixit propheta, Dominum iniquitates Israëlis uisitaturum, & tunc nihil minus ob prosperum resū successum, futurū uidebatur, quam supplicij uisitatio, ideo probat nūc a consensu Spiritus diuini in prophetis, quod futura sit in gens adflictio super Israelem. An existimatis uos Israëlitæ, uanū esse, quod pro conditione publica prædico? Qui potest illud uanū esse mendacium, quod tanto spiritus consensu ubiq; prædicatur? Quod enim ego in Israel ad nuncio, hoc idem adnuntiat Micheas & Hoseas, & quod nos prædicamus, hoc idem confirmat Esaias in regno Iuda. Præterea reliquos prophetas nobis subscribentes. Nisi igitur Dominus in nobis loqueretur, putatis quod tanta concordia in adnunciatione deuastationis regni uestrī conuenire possemus?

Quod si hoc nondū intelligatis, agite exēplis quibusdā uobis explanabo. Nū ambulabūt duo simul, nisi conuenerint aut in itinere, aut mensis con-

## AMOS PROPHETÆ.

vis concordia, certe hostes nunquam concorditer simul ambulabunt, & qui in via nunquam conuenerunt, quomodo una gradientur? Ita qui fieri posset, ut prophetæ Domini tanto consensu, deuastationem futuram prædicarent, nisi Dominus cum ipsis conuenisset, aut reuelasset, Ambulat Dominus cum prophetis, non igitur irritum erit quod conantur. Videamus & aliud exemplum. Num leo rugiet in sylva, si prædam non habeat? & num catulus leonis clamabit, nisi p̄dā cœpit? Quod si nec leo nec catulus leonis frustra rugiunt, & frustranea esset uox Domini Dei nostri per os prophetarū suorum rugientis? Leonis clamor argumentum est aut capiendæ aut captiæ prædæ, ita domini vox argumentum est futuræ cladi. Non enim Dominus tanta constantia, tanta seueritate per prophetas suos exitium toti regno Israël minatur, nisi imminereret malum. Et nisi illud immiseret, non reuelasset prophetis suis.

Etenim nihil in humanis rebus fere memorable facere solet Dominus, nisi antea reuelaverit illud propheta suis, ut populo prænuncient, ob eā uidelicet cauillam, ut interim filii Dei habeant relipiscendi occasionem, filii uero ienebrarum subinde magis atq; magis excœcerent, ac p̄ hoc iustā damnationē accipiāt. Sic Noë reuelatum est futurum diluvium, Sic Abraamo ei Loto reuelatum est futurū incendiū Sodomæ.

F

## EXPOSITIO

Iam si dixeris, nullum malum in Israël futu-  
rum, propterea quod Dominus nesciat, nisi be-  
nefacere Israelitis, aut ut magis impius sis, si ob-  
seceris, quemadmodum Threnorum 3. capite  
scribit, ex ore altissimi nec mala nec bona egre-  
di, sed quævis pro sua libidine ferri, Dominō  
interim suas res agente, non est, quod ideo aut  
securus malum effugias, aut oculum Domini  
omnia contemplantem fallas. Quemadmodū  
enī aues non capiuntur extensis laqueorū  
retibus sine aucupe, ita nulla afflictio homini-  
bus absq; Domino conūngit, & nulli pētōres  
tribulationis uinculo capiunt, absq; aucupe  
dño deo nostro. Adhac, nō leuant retia de ter-  
ra, super quam extenta erant, nisi prædam cœ-  
perint, ita posteaquam dominus Deus noster  
retia futuræ afflictionis extēderit, non ea auſe-  
ret, donec afflictio uenerit, & peccatores nō re-  
ſipiscētes comprehendēterit. Aucupes nō fru-  
stra tendunt retia sua, & uos existimabitis Do-  
minus prædicationis Verbi sui laqueos, atq;  
imminētis calamitatis retia frustra exten-  
disse. Absit, ut tantam insipientiam sapientissi-  
mo Deo adscribamus.

Porro cum hic dicitur, Num erit malum in  
ciuitate, quod Dominus non faciet? quæri so-  
let, num & mala a Domino siant. Et qui impij  
sunt, illi iuxta Hieremiam dicunt, Ex ore altissi-  
mi egredientur nec bona nec mala, hoc est, om-  
nia hu-

## AMOS PROPHETA.

hia humana a fortuna reguntur, Deo interim  
aut dormiente, aut suas res curante. In Eze-  
chiele quoque seniores domus Israël in abscon-  
dito cordis sui dicunt. Nō uidet Dominus nos,  
dereliquit Dominus terram. Alij uero aiunt,  
Dominum operari quidem mala poenae, hoc  
est, afflictiones, sed non mala culpae, quae sunt  
peccata. Sic enim malum dividunt.

Nos paulo dilucidius de hac re ita dica-  
mus, quod si ad omnipotentiam D E I respici-  
amus, omnia a Deo potenti manu & efficaci  
actione sunt, siue mala culpae, siue mala poenae.  
Deus enim est, qui obdurauit Pharaonem, qui  
decepit per pseudoprophetas Ahabum regē.  
qui tradidit gentes per cupiditatis cordium su-  
orum in immundiciam, qui tradidit eas in cu-  
piditates ignominiosas, in reprobam mentem  
ut facerent quae non conueniebant, repleti om-  
ni iniusticia, scortatione, uersutia, auaritia.  
Quod si uero ad uoluntatem D E I uerbo  
suo manifestatam respiciamus, pie pronuncia-  
bimus, D E V M non operari mala cul-  
pae, quae sunt peccata. Prohibet enim leges sua  
peccata, quomodo igitur ea uellet &c Et  
qui non uult mortem peccatoris, quomodo  
uellet peccata & Qui odit iniquitates. I A-  
C O B, detestatur superbiam Israël, quo-  
modo illa operaretur

F 2 p. 12

## EXPOSITIO.

Duo ergo in Domino deo nostro confyde  
randa sunt. Alterum, omnipotens eius actio  
ab oculis nostris abscondita, rationi humanæ  
imperscrutabilis, mente tamē adoranda, & iux  
ta hanc operationem, non permittit tantum ma  
la, uerum etiā potenter agit. Alterum, uoluntas  
Dei per legem seu uerbum eius manifestata, ut  
opera nostra ex illa cōparemus, & actionibus  
nostris exprimatnus. Iuxta hāc recte dicimus,  
Deum non operari mala seu peccata, sed per  
mittit quidē ea opere, dum omnipotentia sua  
non impedit, non tamen permittit ea uolunta  
te sua reuelata, hoc est, uerbo & lege sua. De  
qua re plura legas in libello D. Martini Luthe  
ri, cui titulum fecit, De seruo arbitrio.

Redeamus rursus ad explanationē prophe  
tæ. Num, inquit, clanget tuba in ciuitate, & po  
pulus non expauescat, ita si Dominus tuba præ  
dicationis suæ insonuerit, quis non contremi  
scet? Rugiente leonte omnia animalia territa fu  
giunt, & non exterrerentur homines rugiente  
domino Deo eorum? Rugit autem Dominus  
per prophetas suos, dum annunciat populo  
scelera, & minatur eis, ni relipiscant, supplicia.  
Hoc igitur loquente, hoc decreta sua reuelante  
nemo est qui tacere possit, qui non prophetet.  
Nam etiam si tūc homines racerent, lapides cer  
te clamarent. Si prophetæ sillerent, profecto ali  
ni loquerentur, quemadmodum de asina Bi  
leam

## AMOS PROPHETAE

Iam scriptum est. Itaq; quando Dominus uno  
omnium prophetarū ore, futura supplicia de-  
nunciet, non est quod uobis securitatem pol-  
liceamini, quin potius ab iniquitatibus uestris  
resipiscite, ut & Dominus pœnitentiam agat su-  
per malo, quod contra uos locutus est.

Clamate ad palatia in Asdod, & ad  
palatia in terra Aegypti, & dicite, cō  
gregamini ad mōtana Somron & ui-  
dete tumultus magnos in medio ei-  
us, & calumnias inter ipsos.

Et non nouerunt facere rectū, di-  
cit Dominus, thesaurisantes iniuri-  
as & deuastationes in palatijs suis.

Propterea sic dixit dominator do-  
minus, obsidebit, & circundabitur  
terra, & deficietur a te fortitudo tua,  
& diripientur palatia tua,

Quod Hieremias de regno Iuda conquerit  
dicens, Frons mulieris meretricis facta est tibi,  
& nolueristi erubescere, hoc idē cōqueritur nūc  
Amos de regno Israēl. Etenim propter frequē-  
tia scelera, eo impudētię uenerant, ut nulla lege

## E X P O S I T I O.

infiliis minis, nulla severitate et grauitate ad peccatorum suorum cognitionem adduci potuerint. Sed si arguebantur a prophetis, tantum absuit ut resipiscerent, & dignos fructus penitentiae facerent, ut quo plus arguerentur, eo plus uerbum Domini persequerentur, & iniurias suas tanquam equissimas rectitudines excusarent. Quid igitur ficeret propheta Amos cum nullum inter Israëlitas reperiat, quod scelera & impietas Israelis calculo iudicij sui testificari uelit, appellat ad incircuncisarū gentium iudicia. Citate, inquit, mihi iudices et priuates Philistinorum atque Aegyptiorum. Dicite ad proceres Asdod, quae est una ex urbibus Philistinorum, & ad magnates Aegyptiorum ut ad dijudicandas Israëlis impietas, ad Samaria montana descendant. Quod si coram illis ethnicis iudicibus, scelerum uestrorum uos accusarem, & illi dispicerent tumultus, seditiones, cædes, dolos, fraudes, rapinas, calumnias, & pauperum oppressiones inter uos innumera-biles, terro fore sperarem, ut iudicio superare, & uos peccatorum ac scelerum apud impios iudices conuincerem.

Iam si tanta sint uestra flagitia, ut euia in iudicio ethnicorū cōdemnaremini, quā uero pecatores eius in iudicio dei? Ecce enī, ut probe sententia domini sup uos agnoscatis. Hec dicit dominus, capitū abest ut Israëlis recte agat, ut euia recta

## AMOS PROPHETA.

recta agere nesciant. Primum noscere non uolunt, quid sit rectum, quid iustum & pium. Cōtemnunt enim legem D OM IN I, abominantur Verbum Dei, quo solo, quid sit rectum, discitur. Suas autem adinuentiones solas probant, & eas tanquam iustitias optimas Deo obtrudunt. Deinde etiamsi quid sit rectum e Verbo Domini didicerint, tamen sectantes legem iusticie, ad legem iusticie non perueniunt, quia non ex fide, sed tanquam ex operibus legis, quemadmodum scribit Paulus Romano. Quid enim boni facere possent, peccatorum mole obrutis? quam iustitiam præstarent iniquitate pleni? Colligunt & coaceruant Israhelites sibi opes, fraude & calumnias acquisitas, thesaurisant sibi bona, pauperum directionibus & oppressiōibus, & putas tales egredi aliquid in operibus Dei facere posse? Fingere & simulare bonum possunt, facere non possunt. Quanūmcunq; enim alioqui hypocritas agant, & ex irinsecus probi uideantur, tales tamen diuitias & opes fraude paratas domi suā detinent, propter quas tota eorum regio deuastationi obnoxia erit. Audire igitur impii, animaduertite scelerosi, quod dominator D OM IN V Siudiciū de uobis tulerit. Velitis, siue nolitis, peccatorcs impii estis. Itaque, ut digno suppicio adficiamini, obsidebitur, & circumdabitur regio uestra exercitu hostili,

## EXPOSITIO

exercitu Salmanessar regis Assyriorū, qui non tam fortis bellatores occidet, quā omnes munitas urbes tuas deuastabit, adeoq; omnes thesauros tuos deprédabitur. Vide regni Israēliū et deuastationem. 4. Reg. 17.

Ex hoc loco notabis, opes fraude & calumnia acquisitas, nemini parari nisi hostibus et aduersariis, & si has maxime hæredes accipiant, pessime tamen ipsis cedunt. Quid igitur ad opes cumulandas, malis artibus tantopere contendis? quid tanta fraude in proximi bona inhicas? audis ne male partū, male dilabitis & quæ paras, non hæredibus, sed hostibus, non amicis, sed inimicis paras. Et si hæredibus, tamen ingratias, aut opum dolo partarum maledictione miserrimis futuris? itaq; ut partis bonis in Dominō fruaris, fac ut diues in bonis operibus efficiaris, & facilis sis non ad diripiendum, sed ad impariendū, ut recondas tibi thesauros in cœsis, ubi nec ærugo, neq; tinea corrumpit, & ubi fures non perfodiunt, nec furantur.

Sic dixit Dominus, quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut cartilaginem auris, sic eruentur si in Israel, habitates in Somron, in angulo lectuli, & in Damasco in grabato.

AMOS PROPHETA E

Audite, & testificamini in domo Ia-  
cob, dicit dominator Dominus De-  
us Zebaoth.

Quoniam in die cū uisitauero sce-  
lera Israël super eum , uisitabo etiam  
super altaria Bethel , & amputabui-  
tur cornua altaris, et cadent ad terrā.

Et percutiam domum hyemalem  
una cum domo æstiua , & peribunt  
domus eburneæ, & dissipabūtur do-  
mus multæ, dicit Dominus,

Quid ergo s' totum ne regnū deuastabitur ,  
ut nihil reliqui maneat s' omnes ne habitatores  
occidentur, ut nullus euadat, qui uel dum taxat  
cladis nuncius sit s' Ad hæc respondet Domi-  
nus. Superstites quidem aliquot remanebunt,  
& uiui. Tantam calamitatem euadent, sed pau-  
cissimi, sed bene numerabiles . Quomodo em  
interdum pastor superueniens, in sequente suo  
clamore & tumultu , ab ore Leonis, duo cru-  
ra, aut extremum auriculæ ouis iam deuorata  
recuperat, ita uix tricesima , aut quadragesima  
pars populi Israhelitici ab imminentे calamita-  
te liberabitur. Tameisi enim minor Israhelis

## EXPOSITIO

portio in Samaria habitet, maior autem in regno Damasco, quo putant se egrae aduersus hostes suos, tutos & securos, tamen etiam dies, quo nullum habebunt, nec in Samaria, nec in Damasco asylum.

Cæterum quod hic dicitur, Filii Israël qui habitant in Samaria, in angulo lectuli, & in Damasco, in grabato, respicere uidetur ad illud quod legitur 4. Reg. 14. Jerabeamum filium Iosias restituisse Israëli Damascum. Hinc cum Israëlitarum maior pars Damascenum regnum inhabitaret, dicitur in Damasco, tanquam in loco lecto recumbere, & cum minor populi potio adhuc Samaritanos montes inhabitaret, dicitur in Samaria, tanquam in angulo & termino lectuli caput suum reclinare, ut Samaria sit terminus dumtaxat lectuli, si conseratur ad regnum Damascenum, quod toti grabato comparatur. Hæc est ergo Prophetæ sententia, Nunc quidem uos Israëlitæ imperij uestris fines usq; ad Damascum Syriae Metropolim prouulsistis, ut regnū uestrum latius in Syriam seu Damascum, quam in Samariam protendatur, sed futura est tanta sup uos calamitas, ut nulla uobis, nec in Samaria, nec in Damasco securitas pateat. Itaque admoneo, inquit dominator Dominus Zebaoth, uos prophetas, ut audiatis, & postea nomine meo apud populum testificemini, me in die supplicij tanta saueritate scelera Israëlis

## AMOS PROPHETAE.

Israëlitarum uisitaturum, ut nec impia altaria Bethel, ubi nunc uitulus in honorem Dei colitur, integra remaneant. Amputabuntur enim altaris cornua, & in terrâ deſcientur, nec splendida ædificia, ſive hyemalia, ſive eſtiua, in columnia euadant, & in ſumma, quicquid eſt ædium ſumptuosarū, ſive ſacrarum, ſive prophanarū, ſive publicarum, ſive priuatarū, funditus deuafabitur & diſſipabitur. Iam non eſt, quod externa regionis alicuius deuafaſtione, aut corporali hominis morte, peccatorum ſceleri atq[ue] iniquitati ſatis fiat. Nulla enim deuafaſtatio tam grauis, nulla mors tam ſæua eſt, quæ poſſit peccati alicuius crimen expiare, niſi unius Domini nostri Iefu Christi mors innocentissima.

Corporalia autem ſupplicia ideo peccatori bus Dominus minatur, nō ut his peccato ſatis fiat, ſed ut his extrinſecus corā mūdo duntaxat declareret ac manifeſteret futurū, idemq[ue] æternum ſupplicium, quod omnes peccatores, ni resipieſcant, in futuro ſæculo manerent. Etenim Dominus Deus noster unam quidem Sodomam & Gomorrā ſemel igni cōbuſſit, unum Pharaonē ſemel in aqua maris ſubmersit, unū regnū Iuda & Israel ſemel & iterū deuauit. Sed ut nō ſoli illi peccatores fuerunt, ita non ſoli illos ſupplicio corporali ppter peccata affectis, ſed quoq[ue] nō resipuerint, & ad percutientem ſe nō reuerterunt, æterno ſupplicio ita affeclii ſunt, ut illos,

## EXPOSITIO

corporali pœna omnibus peccatoribus futuri super ipsos diuini iudicij specimen exhibitum sit. Est enim corporalis afflictio, supplicij pro peccatis procœnum, æterna autem mors epis logus. Quemadmodum enim fides sub bendedictionibus corporalibus, spirituales perspicit, ita sub externis afflictionibus & maledictionibus absconduntur internæ atq; æternæ, id qd satis aperte indicat Paulus de Abraami promissionibus Gala. 3. et de Iacob et Elsa. Ro. 9. Itaq; quod Dominus hoc locq; Israëlitis euenturum minatur, ut regnum iporum per Salomonem a rē Assyriorum regem deuasterit, hoc uti re ipsa accidit, ita in impns non resipiscientibus malorum initium fuit, qui propter impietatem suā una cum corporali, etiam æterna maledictione condemnati sunt.

## CAPUT III.

**A**Vdite Verbum istud uacce Basan, que estis in mōte Somron uiolentiam inferentes miseris, contarentes egenos, dicentes Dominis suis, afferte, & bibamus.

Iurauit dominator Dominus per sanctus

## 'AMOS PROPHETA.

sanctuarium suum, quoniam ecce dies uenient super uos, & leuabit uos sudibus, & posteriora uestra hamis pīcationis.

Et p partes extrahemini unaqueq; ante aliam, & mittemini ad palatiū.

Alia prophetē Amos contio, aduersus prītipes & consiliarios regis Samariæ, quos meta phorico nomine uaccas Basan uocat. Ne mire ris autem, q; Amos tam celebris & delicatis uiris, tam rusticum, inciusilem, adeoq; cōrume liosum uaccarum titulum ascribat. Pastor em est, non in aulis principum, que sunt celebrium titulorū officinæ, nutritus, ut plane nesciat scapham, aliter q; scapham uocare. Porro Basan, quæ una cum Gilead data est in sortem dimidiis tribus Manasse, quemadmodū scribitur Deut. 3. & Ios. 12. nobilis est a pascuis & quercubus, ut legitur Isa. 2. & Zach. 11. Vnde principes & consiliarij regum Israhel uaccæ Basan uocantur, propterea q; Deus eorū uenter sit, qui nati sunt consumere fruges. Cum enim pro ratione mu nieris sui, uiolētia oppressos liberare, & egenos iuuare deberent, ipsi primi sunt, qui uiolentiam inferant, & pauperes opprimant. Nec aliud cōtrahant, nisi conuiua, luxum, & ebrietates.

## E X P O S I T I O

Quemadmodū em uaccæ pingues ad aran-  
dum nihil, ad uorandum autem & potandum  
plurimū ualent, ita Primates regis in Samaria,  
ad consulendum Reipub. plane nihil, ad oppri-  
mendum uero pauperes, ad inferendā uitā ege-  
nis, ad consumendū fruges, et ad perdenda ui-  
na potenissimi sunt. Et ut uaccæ pingues si-  
stiant, mugitu suo insuauī molestæ sunt, ita pri-  
mates regis semp ingeminant: agite, bibamus;  
cōuiuemur, potemus, pocula exiccemus, equa-  
libus haustib. certemus. Ethoc ipso uaccis pei-  
ores sunt, q̄ h̄e non potent, nisi sūtentes, & po-  
rant quantum satis est ad extinguedam sitim,  
illi autem non expectant sitim, sed e summo ex-  
petredi, protinus nudi & anheli ingentia uasa  
corripiunt, uelut ad ostentationem uirium, ac  
plene infundūt, ut statim euomāt, rursusq; hau-  
riant, idq; iterum tertioq; tanquam ad perden-  
da uina geniri, & tanquam effundi illa non pos-  
sint, nisi per humanum corpus. De quibus eū-  
am Esaias cap. 5. concludatur. V; qui consur-  
gitis mane, ad ebrietatē sefiandam, et potandū  
usq; ad uesperā, ut uino æstueis, & postea: V; qui potētes estis ad bibendū uinum, & uiri for-  
tes ad potandā siceram. Similiter Eccle. 5. o. V; a-  
tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes  
mane comedūt. Rursum: Beata terra cuius rex  
nobilis est, & cuius principes uescūtur tempo-  
res suo, ad reficiendum, non ad luxuriam.

Quam

## AMOS PROPHETA

Quam autem pœnam Elaias & Ecclesiastes  
ebrijs regum primatibus minantur, eandē hoc  
loco Amos, cōsiliaris regum Israēl ob oculos  
ponit, dicens. Audite uos uaccē pingues, uos  
primates regni Israel, qui Domino regi uestro  
nō ut Reipub. operam det, sed ut poteratq; cō-  
uiuetur, cōsulitis, audite inquam, & probe ani-  
maduertite. Ut enim certo cognoscatis firmita-  
tem consilij Dei, quo ebrietatem uestram, & ca-  
lumnias, quibus egenos opprimitis, supplicio  
affecturus est, non simpliciter uobis pœna mi-  
natur, sed iurat per sanctuarium suum, se impie-  
rates uestras uindicaturum. Nam homines qui  
dem per eum iurant, qui sit maior. Cum autem  
Deus non possit per quenquam maiorem se ju-  
rare, nonnunquam per seipsum, nonnūquam  
per nomen suum magnum, nonnunquam per  
dexieram suam, nonnunquam per animam su-  
am, nonnunquam per sanctuarium suum, quod  
est templum in Hierusalem iurat, ut iuramento  
suo propositi sui certitudinē declaret. Iuratau-  
tem Dominus, certissime uēitura esse tempora,  
quibus suppliciū sumendū sit de impijs princi-  
pibus.

Et quādo ppheta principes uocauit uaccas,  
in expiādo supplicio eoꝝ, cœptā uaccas, me  
taphorā seruat dicēs. Vos primates, uaccē pī-  
ngues estis, proinde p̄sotie & cōditione uacca-  
rum pinguiū tractabimini. Porro, uaccæ ideo,

## EXPOSITIO

saginantur, ut pingues effectæ occidantur. & cibus humanus fiant. Posteaq; eim occisiæ sunt a lanio sudibus ac perticis in alium eleuantur, & posteriorib. pedibus, capite deorsum depē dente, in claos qui sunt uelut hami piscatorū, suspenduntur. Deinde particulatim, altera uel porno, uel tota uacca, post alteram, dissecantur, & ad nobiliū, utin etiam parentur, domus & palatia mittuntur. Haud absimilis erit uestra, o principes, fortuna. Nunc enim multa potentia, multis diuinit̄s, multo honore, imo multis impietatibus saginati estis, ut maturi admodū sitis occisioni. Proinde ueniente lanio, qui est Salmanessar rex Assyriorum, aliquot ex uobis occidentur, caput uestrum, & omnis potētia uestra deñcietur, aliquot in captiuitatem abducentur, ut sint gentilium ludus & risus. Imp̄i enim ideo in altum tolluntur, ut profundius deñciantur. Summis in hoc mundo laudibus celebrantur, ut æterno dedecore sordidētur. Bonis huius terræ saginantur, ut pinguis Sathanæ esca fiant, ut impios in hoc mundo felices, rete uocaueris, saginata Sathanæ altilia.

**Des** teuf, Porro ubi nos uertimus, mittemini ad palatiū, Hebræus pro palatio habet **חרטומן** haharmona, quod sepiuginta uerterūt, mon tem Remmon, quasi essent duæ dictiones. Alij autē celsitudinē, alij Armeniā. Nobis vero arri det palatiū expositio, ut hac dictio **חרטומן** hahar-

## AMOS PROPHETA.

haharmona, secundum **N** he, pro **N** aleph po  
natur, ut est facilis symbolismus inter he & al-  
leph. Armona enim cum aleph scriptum, pala-  
tium seu penates significat. Et hęc interpretatio  
metaphorae uaccarū magis conuenit. Nisi for-  
te placuerit sic exponere. Et projiciemini ad pe-  
nitiale, ut sic sensus, uos uaccæ pingues a lanio  
dissectæ particulatim, projiciemini ad prom-  
ptuaria, ut suo tempore patet familias uos ad  
escam familie suæ prōmat. Ita & imp̄i principes  
occidentur, & catenis noctis, una cūm Sa-  
tana in tartarum præcipitat, tradentur in iudi-  
cium seruandi, ut æterna morte pereant.

Ite ad Bethel, ut impie agatis, ad  
Gilgal, ut multiplicetis impietatem,  
& afferte ad crastinum mane sacrificia  
uestra, ad tertium diem decimas  
uestras.

Et incendite de fermento laudē, et  
annunciate spontaneas oblationes,  
facite ut audiatur, Sic enim uoluistis  
filij Israël, dicit dominator dominus

Vnde & ego dedi uobis puritatē  
dentium in cunctis urbibus uestris,

## E X P O S I T I O.

& defectum panis in omnibus locis  
uestris, & non estis reuersi ad me, di-  
cit Dominus.

Ego quoque prohibui a uobis imbrē,  
cum adhuc tres menses usque ad mes-  
sem (superercent) & plui super ciuita-  
tem unam, & super ciuitatem alterā  
non plui, pars una compluta est, &  
pars super quam nō pluit, exaruit.

Et uenerunt duę & tres ciuitates  
ad ciuitatē unam, ad bibendū aquas  
& non sunt satiatæ, & nō estis reuersi  
ad me dicit Dominus.

I T E A D . Beihel &c. σαρκασμός seu  
ironia mordax, qua Dominus præcipiendo,  
Impietatem arguit. Agite uos Israelitæ, quādo  
omnino libet uobis esse īm̄pijs, abite ad Berhel  
impieratis uestræ templum, ut illuc pro animi  
uestri sententia impietatem tanquam cultum  
D E I exequamini. Abite ad Gilgal, ut illuc  
præuaricationem uestram augeatis, Et quum  
illuc ueneritis, mox altera die, afferte mane sacri-  
ficia uestra. Tertia autem die sequenti, afferte  
decimas

## AMOS PROPHETAE.

decimas uestras, hoc est, nullum diem intermit-  
tatis in Bethel & Gilgal, quin cultum aliquem  
D E O uestro præfetis. Primo enim perfe-  
ctionis uestræ die, quo ad loca illa peruenientis  
requietcите, & uires quas longa peregrinatio-  
ne exhaustis, recuperate. Postero autem die,  
tum denum sacrificia uestra adducite. Tertio  
deinde die, ut singulis diebus sacrum faciatis,  
decimas portate.

Et ut omnino cultus uester diuinus augen-  
tur, adolete quoque laudem, hoc est, sacrifici-  
um laudis seu oblationem pro gratiarum acti-  
one quæ siebat placentis panis fermenti, quem  
admodum scribitur Leuitici. 7. Vnde hic di-  
citur, Incendite fermento laudem. Et quo  
religiosiores atq; iustiores uideamini, afferit  
etiam spontanea sacrificia, idq; non tacite, nec  
occulte, sed quo conspicui sius hominibus, &  
glorificemini ab illis, facite ut ante uos tubis ca-  
natur, & per præconem palam annuncietur,  
spontaneam adfore oblationem.

Hæc uobis præcepí, non quia mihi talis cul-  
tus placeat, sed quia uos neglecto uerbo meo  
talem elegistis. Quicunque enim cultus diut-  
ni citra mandatum aut Verbum D O M I-  
N. I instituuntur, tantum abest, ut Domina  
placeant, ut maiorem abominationē ipsi ob-

G.

## EXPOSITIO.

trudere non posses. Nam in ratione diuini cultus, non est respiciendum, num in honorem & gloriam Dei ab homine institutus sit, sed num sit uerbo Domini sanctificatus, num præcepto diuino commendatus. Etenim cum uerbum Domini omnia sanctifi cet, quis sanctus erit cultus, uerbo Domini nō apprehēsus? Et cū Dominus in religione cultum diuinorū, nihil tam respicere soleat, quam uerbum suum, quę obsecro opera, pro uero cultu acceptaret, in quibus non inueniret uerbum suum? Usq; adeo sane Dominus in cultu & operibus uerbū suum requirit, ut idem opus, in altero, uerbum p̄ fidem habente pro maxima pietate, in altero, uerbo carēte, pro maxima impietate cōputet,

Pro exemplis accipe tibi Abraamū & Massie regem Iuda. Nam Abraam posito filio suo Isaac in altare, super struem lignorum, extendit manum suam, & arripuit gladium, ut im molaret filium. Hic Abraami conatus sanctissimus erat, et Deo acceptissimus, eo quod uerbum Dei habebat, dicentis. Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, & uade in terram Moria, atq; ibi offeres eum in holocaustū. Vnde Dominus tam uehementer hoc opere, ex fide in uerbū profecto, delectatus est, ut de cœlo per angelum Abraamum alloqueretur et diceret. Per memetipsum iuraui, ait Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti silio tuo

## AMOS PROPHETAE

lio tuo unigenito, benedicam tibi & multiplicabo semen tuum. Sed & Manasse quemadmodum scribitur 4. Reg. 21, sacrificaturus, & Deo cultum præstiturus, filium suum per ignem traduxit. Quod opus non tam pro impiò quam abominando computatur. Tametsi enim species extrema idem videatur cum opere Abramini, tamen quia mandato uerbi Dei caret, quin potius in lege Domini prohibetur, scelusissimum iudicatur. Sic enim Deut. 12. scriptum est, Non colas Deum, sicut fecerunt gentes. Omnes enim abominationes, quas auersatur Dominus, fecerunt diis suis, offerentes filios & filias, & comburentes igni. Quod præcipio tibi, hoc tantum facio Domino, nec addas quicquam nec minuas. De Manasse uero legitur. Quia fecit Manasse rex Iuda abominationes istas pessimas, ecce ego inducam mala super Iudam & Hierusalem &c.

Non est autem quod existimes, cultum aliquem diuinum ideo non reiiciendum sed commendandum esse, quod sit in honorem & gloriam Dei institutus, etiam si alias uerbo Domini caret. Nam & apud Israelitas excelsa, non idolis, sed domino Deo nostro edificata erant, & illie non idolis, sed in gloriam Domini Dei nostri, secundum formam sacrificiorum in legi prescriptam immolabatur. Sic enim scriptum testatur, Chro. 33. Adhuc, inquit, populus

## EXPOSITIO

immolabat in excelsis Domino Deo suo. Sed hic cultus Deo abominabilis erat , pperea q̄ uerbo carebat, & aliter lex præcipiebat, dicēs, Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quē uideris, sed in eo, quē elegerit Dominus. Quod si opus aliquod ideo sanctum & Deo acceptum iudicandum est, quod in gloriam Dei fiat, nonne homicidia & latrocinia, quę im pñ in pios exercent, sanctissima erunt ? Sic enī Christus ait Ioan. 15. Veniet tempus, ut quisquis interficiat uos, uideatur cultum præstare Deo. Proinde in diiudicandis Dei cultibus, nō in opus, non in uelamen diuini honoris, operi impositum, sed in uerbum Domini , quo omnia sanctificantur, respiciendum est, ne impia tem maximam pro maxima pietate computeremus.

Porro Bethel eius hic propheta meminit, iam inde ab initio nobilis erat, pperea quod illic habitauerit patriarcha Iacob, & altare Deo edificauerit, Gen. 35. Gilgal autem commenda bilis facta fuerat, a secunda circuncisione & passchæ celebratione, Ios. 5. Hinc patriarcharū posteri maiorum suorum exempla (sed extra uerbum & fidem) sequentes, in his duobus locis diuinos cultus instituerant, & Dominum Deum suum sacrificijs colebant, id quod uitulus aureus a Iero beamo in Bethel positus testatur. Et de Gilgal, in Osea. cap. 9. scriptum est. Omnis malitia

## AMOS PROPHETAE

malitia eorum in Gilgal, & iterum ca. 4. Nolite ingredi in Gilgal. Hos autem cultus & sacrificia Amos impietatem & praevaricationem uocat, propterea quod sicut absque uerbo Domini instituta erant, ita absque fide perficiebantur. Quod autem non est ex fide, peccatum est.

Iam quia Bethel domus Dei interpretatur, Gots  
heu-  
ser. & Monasteria in Papistico regno communis uocabulo, domus Dei appellata sunt, conuenientissime feceris, si nomine Bethel, monasteria papistica intelligas. Ut enim in Bethel cultus diuinus, exemplo quidem Paurum, sed citra ueerbum, & fidem Paurum institutus erat, unde pro Bethel, hoc est, domo Dei, nonnunquam a Prophetis uocatur Beth Auen, quod est dominus iniquitatis, seu idoli, quae in uernacula gente nostra lingua iucundiorem allusionem habent, ut p. (gots haus) dicamus (gotzen haus) Ita ordines monastici exemplo quidem prisco rum heremitarum, sed citra illorum fidem & pietatem instituti sunt, unde recte Monasteria pro Bethel uocaueris, Bethauen. Et quae supplicia ipsi Bethel scriptura minatur, hanc eadem Monasteria sibi praedicta esse sciunt. Gilgal autem si ad nostram linguam traduxeris, primus quidem significat amouitionem, ut est los s. Sed i deriuat uo significat cranium, testam capitum seu caluariam. Quid igitur ludgis erat cultus in Gilgal, hoc idem sub

## EXPOSITIO

Papistico regno fuerūt peregrinationes ad cra  
nia & calvarias sanctorum, ut rectissime has pe  
regrinationes cultum Gilgal uocaueris.

### V N D E E T E G O D E D I V O B I S .

Hactenus Israëlitæ impietatem uestram mul  
tiplicasti, abominationes auxisti, cultus diui  
nos, sed in conspectu meo sordidos instituisti,  
nullo alio nomine commendabiles, nisi quia ra  
tiōni humanæ ita agridebant. Ergo cum arrise  
rint uobis impietas, arriserūt mihi supplicia  
impiatum. Ecce enim, quo uos ad relipiscen  
tiā adigerem, dedi hactenus sēpē numero vo  
bis puritatem dentium. hoc est, famem & in  
diā, dedi panis desectū ut prē fame contabe  
sceretis. Famem enī esse impietatis supplicium  
testatur Mose Leuit. 25. & Deu. 28. Similiter 3.  
Reg. 18. facta est sub Helia uehemens famē in  
Samaria, propter impios cultus diuinos, & 4.  
Reg. 6. sub Helizeo. Meminit quoque scriptura  
famis septem annorum. 4. Reg. 3.

Tametsi autem, inquit Dominus, famis sup  
plicio ad pœnitentiā uos uocare conatus sim,  
tamen quo plus uos pœna affligebam, eo lon  
gius a me recedebatis. Ut enim pronost, quo plus a  
Domino affligūtur, eo propius Domino deo  
suo fese adiungunt, qui dicit, cum ipso sum in  
tribulatiōne. Et, super quem respiciam, nisi su  
per contritum corde &c, ita impij, quo uehe  
mentiori afflictione corripiuntur, eo longius  
impietate

## AMOS PROPHETA.

Impietate sua a Deo & uerbo eius ( nam a uerbo Dei recedere, est a Deo recedere ) diffugunt. Quod & Esaias ca. 10. conqueritur dicens. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta, & populus non est reuersus ad percutientem se, & Dominum exercituum non exquisierunt.

Nam quemadmodum pater aliquis terrestris, filium suum uirga erudit, non ut a se repel lat aut reniciat, sed ut uirga sua filium obedientiorem reddat, hoc est, ut ad se magis aurahat. Ita pater coelestis, inobedientes suos filios percutit quidem, non tamen ut reniciat ipsos, aut a se repellat, sed magis ut sibi coniunctiores & addictiores reddat. Quam paternam Deiuolum tantam in afflictione non intelligentes impi, mox ut afflictionem sentiunt, alio se se a facie Domini, quemadmodum de Cain legitur, proripiunt. Exempla habes in Saule, in Ahasia filio Ahab rege Iuda, & alijs implijs.

Non solum autem fame afflixit Dominus Israëlitas, uerum etiam siti, sic enim ait, Ego quoque prohibui a uobis imbreu &c. Nam hanc impietatis poenam esse, testatur etiam Mose Deus. 28. Sit coelum, quod supra te est æneum, & terra quam calcas ferrea, det Dominus imbreu terræ tuæ puluerem &c. Et 3. Reg. 17. prohibitus est imber per Heliam, ne tribus annis super terram plueret.

## EXPOSITIO

Quod autem sequitur, (ET PLVI sup  
cilitatem unam &c.) descriptio est manifesti  
Dei iudicij, & uehementiae sitis. Nam etiam si  
inquit, plueram super unam civitatem aut agrum,  
super uicinam tamē, ut manifesto manus mea  
cognosceretur, nō pluebam, sed una pars agro  
rum compluta quidem erat, altera autem exa  
reseebat. Quod miraculum in Germania saepe  
numero oculis nostris in grandine uidimus.  
Unus enim agrorum tractus grandine uasta  
batur, alter autem & uicinus intactus a grandi  
ne relinquebatur. Quis uel & πιστός manū Do  
mini in his non uideret? Porro, si quando ob  
nimiam sitim tres aut quatuor ciuitates, ad unā  
pro afferenda aqua diuerterent, tanta erat aquæ  
indigentia, ut uix ad unius sitim restinguendam  
sufficeret. In tantis tamen & tam sc̄eu eris suppli  
cēs, nemo erat in populo qui resipseret, &  
fructus pœnitentiæ dignos faceret, tanta est per  
tinacia & obduratio impiorum.

Percussi uos uredine & rubigine,  
multitudinem hortorum uestrorū,  
& uinearum uestrarum, & sic et ue  
stra deuorauit eruca, & non estis re  
uersi ad me, dicit Dominus.

Misi in uos plagam in via Aegyp  
ti, in

## AMOS PROPHETAE.

ti, interfeci gladio electos uestrros,  
una cum captiuitate equorū uestro-  
rum, & ascendere feci putredinem ca-  
strorum uestrorum, etiam in nares  
uestras, & non estis reuersi ad me,  
dicit Dominus.

Subuerti uos, sicut subuertit De-  
us Sodomam & Gomorram, & facti  
estis sicut torris, raptus de incendio,  
& non estis reuersi ad me, dicit Do-  
minus.

Quapropter sic faciā tibi Israel, quo-  
niām igitur istud faciam tibi, paratus  
esto ad occursum Dei tui Israel.

Quia ecce formans montes, & cre-  
ans uentum, & annuncians homini,  
quæ sit meditatio eius, faciens auro-  
ram, & tenebras, & ambulans su-  
per excelsa terræ, D O M I N V S  
Deus Zebaoth nomen eius.

## EXPOSITIO

Pergit Propheta in enumeratione suppliciorum, quibus Israëlitæ propter impietates afficerit. Non fame solum & siti uos adflicti, sed omnino quicquid reliquum erat uirens in terra, percussi uredine, quæ est morbus herbarum, fruticum & arborum, quem in viiib⁹ carbunculus uocant, & in cæteris rubiginem. Is autem morbus, sara, plantas, & arbores adurit, ex frigore semper constans, nec nisi noctibus, & ante solis ardorem euenire deprehenditur, & testante Plio nio, talis iniuria non sit, nisi interlunio plena uero luna. Quod eo diligentius annotandum puto, ut non sicut Ethnici, uredinem & rubiginem rerum naturæ, sed iræ diuinæ ascribamus. Tametsi enim huiusmodi frugum & uitium mortali atque pestes naturalibus ordinibus (est enim natura nihil aliud, quam communis rerum ordo a Deo dispositus) constent, tamen ut circa uoluntatem, potentiam, & actionem Dei non cadit capillus de capite nostro, ita nec minima frugibus pestis accidit, nisi manu dei ordinata sit.

Sic ergo Dominus ait. Licet fruges uestræ naturalibus quibusdam causis, uredine uideatur percussæ, ego tamē sum, qui has naturales, seu ut magis propriæ loquar, ordinatas causas, pro iræ meæ exequæ instrumento acceperim, ut in uobis impietates punirem. Si quid igitur detrimeti acceperunt arbores hortorum uestrorum, & uites uinearum uestrarum, adcoq; sicca uestra,

## AMOS PROPHETÆ

stra, non rubigini, non uredini, non erucis, nō  
brucis, sed iniquitatibus uestris imputate. Hęc  
enim me in iram concitauerunt, ut rubiginem  
& erucas, suo ordine in fruges et sara uestra mit-  
terem. Sed quid dicam? Eum si uos seuerissi-  
me & grauissime his pestibus, de quibus dixi,  
afflixerim, tamen ne sic quidem ad me reuersi-  
estis, nec a peccatis resipuistis. Porro, morbos  
illos frugum & satorum esse impietatis suppli-  
cia, testatur etiam Mose Deut. 28. dicens. Om-  
nies arbores tuas & fruges terrae tuae rubigo co-  
sumet. Ad hęc testes mihi estis, o Israēlitae,  
quod maiores uestros grauissima peste affe-  
riri, quando ex Aegypto egredientes, abomi-  
nabantur Manna cœlestis, & desyderabant car-  
nes Aegyptiacas, pepones, cucumeres, cepe  
& allia. Tunc enim egregios illorum bellato-  
res una cum equis suis gladio percussi, & tan-  
tam cædem in castris eorum perpetraui, ut  
præ fœtore morticiniorū nemo potuerit illic  
diutius perdurare. Hęc autem calamitas, cuius  
hoc loco meminit propheta, descripta est Nu.  
11. Adhuc, inquit Mose, carnes erant in denti-  
bus eorum, nec defecerait huiusmodi cibus, &  
ecce furor Domini concitatus in populu, per-  
cussit eum plaga magna nimis, uocatusq; est il-  
le locus, sepulchra concupiscentiæ, & Psalm.  
77 Adhuc escæ eorum erat in ore ipsorum, & ira  
Dei ascendit super eos. Et occidit pingues eo-  
rum

## EXPOSITIO

rum, et electos Israel impediuit. Sed ecce, quod hic Dominus Deus noster conqueritur, ne sic quidem, inquiens, ad me estis reuersi, hoc idē Psalmus populo exprobrat, dicens. In his omnibus peccauerunt adhuc, & non crediderunt mirabilibus eius. Vscq; adeo impius nullis nec plagis, nec mirabilibus emendatur.

Postremo ut nihil intentatum relinquetur, quo Israēlitae ad pœnitentiam ducerentur, quē admodum Dominus quondam Sodomam & Gomorram, ad perpetuum exemplum funditus delevit, ita s̄æpen numero radicius & Israelitarum gentem euulsit, & regionem eorum devastauit, paucis dumtaxat liberatis, qui de calamitate, tanquam torris de incendio per diuinā misericordiam eripiebātur, alioqui & ipsi una cum alijs perīssent. Hanc autē populi Israēlii euulsionem & eversionem, non ita intelligas quod Israel ante prophetæ Amos tempora ali quādo e finibus terræ Chanaan pulsus sit, ab ingressu enim in terram Chanaan, iuxta promissionem Dei, manserunt illic habitantes, usq; ad captiuitatem Assiriacam & Babilonicam, sed quod propter impia scelera maior pars s̄æpe fuerit ab hostibus occisa, & magistratu suo atq; dominatio priuata. Quid autem est populus Magistratu carens? uiuit quidem sed sine nomine, quando ui. si, in uictoris nomen transeant. Legelibrū iudicium, & illic inuenies Israēlitas uenditos

## AMOS PROPHETAE

uēditos fuisse, nūc in manus Gusani Risathaim regis Syriæ octo annis, nūc in potestate Eglon regis Moabitarum decem & octo annis, nūc in manus Iabini, regis Cananitarum viginti annis, nūc in manus Midianitarum septem annis. Et quis posset uniuersas Israelis captiuitates & seruitutes enumerare, quas propter impietas suas perpessus est: nunquam tamen candide & sinceriter ad Dominum conuersus est.

Tamen si enim sacerdoti numero resipiscientia finaret, ac propter illam a captiuitatibus & servitutibus misericordia domini liberatus sit, tantisper tamen in resipiscientia constituit, dum rurus paulo blandior fortuna arrideret. Tunc enim non solum ad pristinam impietatem, tanquam canis ad suum ipsius uomitum, & suslota ad uolutabrum eceni, reuersus est, uerume iam omnem suam calamitatem, omissioni & neglectui impiorum cultuum adscripsit, tantum abest ut suos diuinos cultus impios iudicauerit. Sic enim apud Hieremiam clamatis apij, Sacrificabitmus reginæ cœli, & libabimus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, reges nostri, & principes nostri in urbibus Iuda, & plateis Hierusalem, & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque nō uidimus. Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indiguimus omnibus, & gladio & fame consumpti sumus.

## EXPOSITIO

Quoties etiam nos sub Papistico regno uisitauit Dominus, nunc famis, nunc bellorum, nunc pestis suppicio, & uisitauit nos propter impiam Papisticarum Missarum abominationem? Nam si Dominus Corinthios propter leuem quendam coenae dominicae abusum sic afflixerit, ut aliqui aegrotarent, aliqui morerentur, quam poena tantae impietati, quanta est in Missis Papisticis, non decerneret? Quorusquisque autem est, qui haec suppicia missarum celebrationi adscripsit? Quia enim caro putat impios suos cultus pietatem esse, tam incuruiceruica bestia est, ut nulla eruce, calamitate, adduci possit, ut credat se proprie impios suos cultus affligi. Et quemadmodum Salomon inquit: Si stultum contriuferis pistillo ceu triticum in mortario, non discedet ab eo stultitia, ita si impium per omnia afflictionum genera traduxeris, non tamen emendatur nec eruditur.

Quanquam autem Dominus iustum habet caussam, totam Israëlitarum gentem radicibus euellendi, propterea quod, nullis nec bene ficijs nec supplicijs ad penitentiam invitari queat. Et iuxta Euangelicum hortulanum posset dicere, ad cultorem uineæ suæ. Ecce anni tres sunt, ex quo uenio querens fructum in siccâ hac, & non inuenio, succide illam, ad quid uel terram occupat, tamen clementer audiit cultorem respondentem & dicentem, Domine sine illam & hoc

## AMOS PROPHETAE

& hoc anno, donec fodero circa illam, & misere  
ro stercus, & siquidem fecerit fructum, bene,  
sin minus, in posterum succides eam.

Sic ergo inquit Dominus. Agite, tamen si fe  
re omnem mouerim lapidem ad corrigidos  
mores Israëlitarum, & nihil suppliciorum omi  
serim, ad castigandam ipsorum iniquitatē, tan  
tum autem abſit, ut ipſi aliquid in uera pietate  
promouerint, ut longius ab illa recesserint, nō  
dum tamen eos penitus abiiciam, nondum gē  
tem quam elegi repellam, sed quibus antea sup  
plicijs eos tentauī, n̄sdem nūc explorabo, num  
queam ueram resipiscētiā extorquere. Af  
flixi ipſos antea, fame, bellis, peste, affligā nūc  
eos, plane n̄sdem calamitatibus. Cum ergo de  
cretum sit, me uos Israëlitas, tantis suppliciis ui  
ſitaturum, quid facietis? quo uos uertetis? Bo  
num dabo consilium, si modo bona consulen  
tem audire uolueritis. Nolite propter afflictiō  
nes a domino deo uestro recedere, sed potius,  
quo plus ille uos afflixerit, eo propius ipsum  
accedite. Si obuiauerit Dominus uobis cruce  
& suppicio, occurrite uos illi fide & resipiscen  
tia. Non enim effugientis supplicia, fugiendo cru  
cem, sed obuiando. Quis enim unquam uicit  
hostem suum fugiendo? Perdurandum est &  
fortiter pugnandum, nō armis carnalibus, sed  
fide, sed precibus, sed resipiscētia. Si enim his  
armis domino supplicijs comitibus obuiant  
**H**

## EXPOSITIO

Occurratis, ueri Israeles, hoc est, uictores D E I eritis. Et quid excusationis prætendere pos ses, cur ad illū te nō cōuerteres, atq; pro auxilio implorares? Vide enim quantus sit, ut scias, q iuuare te possit, & quā clemens, ut cognoscas, quod te iuuare uelit. Omnipotens est, quia ipse est qui format montes, qui creat uentum, qui scrutatur corda & renes, qui facit diem & no ētem, lucem & tenebras, qui graditur per excel sa terrae, hoc est, extendit nubes, in nubibus su per terram extensis ambulat. Breuiter, omnia tam in cœlo, quam in terra implet. Si ascēdero in cœlum, inquit Psalmus, tu illic es, Si descen dero ad infernum, ades, Quomodo igitur tan tus iuuare non posset? Rursus, pater est, quia ipse est, qui Abraami posteritatem benedixit, qui uos ex Aegypto eduxit, qui terram Cha naan in possessionem & hæreditatem dedit, q deuictis hostibus uestris, uictoriā uobis præ buit, qui etiam nunc non desiderat uos, quam uis pessime meritos, prorsus depdere, sed emē dare, sed erudire, quomodo igitur tam clemē suuare non uellet? qui tameū propter omnipotentiam suam inuincibilis sit, tamen rursus propter paternam suam clementiam, ita per fidem & resipiscientiam reuineri ac uinci potest, ut omnia iuxta animi uestri sententiā uobis lari giatur, quemadmodum patriarchæ Iacob, to ra nocte colluctanti, et Moysi pro populo suo deprecanti, sese etiamnum captiuum dederat.

AMOS PROPHETÆ.

CAPVT V.

Audite uerbum istud, quod ego  
leuo super uos planctū, domus Israēl.

Cecidit, non adiicit ut resurgat  
uirgo Israēl, proiecta est super terrā,  
non est qui erigat,

Quoniam sic dixit dominator Do-  
minus, urbs de qua egrediebāt mille  
relinquentur (in ea) centū, & de qua  
egrediebāt centū, relinquentur (in ea)  
decē domui Israēl. Quia sic dixit dñs  
domui Israēl Querite me, & uiuetis.

Et nolite querere Bethel, ad Gil-  
gal nolite intrare, & ad Berseba ne  
transieritis, quia Gilgal trāsmigrabit  
& Bethel erit ad nihilum.

Hoc capite, primū concionat propheta, de  
natura iudicij diuini, Nā cū deus sit ignis cōsus  
mēs, quoties iudicat, uix dum reliquias supstite-  
relinqt. Cuius rei exēplū habes in diluvio So-  
domę et Gomorę, et in deuastatiōe Israēlis, qđ

H.

## EXPOSITIO

propheta antea quoque testatus est de duobus  
cruribus ex ore leonis ereptis, & torri ex igne  
eruto. Similiter hoc capite de ciuitate mil-  
le ciues habente, in qua iudicante Domino uix-  
centum relinquuntur. Huc accedit quod Esaias  
cap. 10. dicit. Sic fuerit populus tuus Israel qui  
si arena maris, reliquiae conuertentur ex eo, Et  
illud Euangeli*m*. Multi uocati, pauci electi. Dein  
de docet qua uia possimus horrendum dei iudici-  
um effugere, nempe resipiscientia & inquisicio-  
ne Domini. Postremo, quae sit uera resipiscen-  
tia, nimirum non oblationes & sacrificia facere,  
non tumultus carminum boare, sed diligere  
bonum & odire malum.

Sic ergo ait propheta. Audite o familia Isra-  
el rem istam, quam uobiscum tractabo. Non  
enim possum me continere, quin propter miser-  
iam uestram futuram lachrymas profundam,  
& calamitates uestras deplorē. Etenim hēc chari-  
tatis natura est, ut cum afflitis, quemadmodū  
Paulus scribit, congemiscat, & cum flentibus  
flet. Sic Abraam pro Sodomitis iam peritu-  
ris, de profundis cordis sui penetralibus con-  
gemiscit. Sic Samuel luget Saulem. Sic Ieremi-  
as Iudam, Sic & Christus flet super Hierusalē  
dicens. Si cognouisses & tu, & quidem in isto  
die tuo, quę ad pacem tuam pertinent curares,

Leuat autem Amos planctum super Israel,  
quia spiritu sancto reuelante, uidet familiam Is-  
raelis

## AMOS PROPHETAE.

Israël propter impietas suas, esse a Domino perditioni ita adiudicatam, ut nunquam vires suas pristinas recuperare queat. Virgo, inquit, Israël, quae per uerbum Domini uni uiro adiūcta est, ut uni tantum & uero Deo uirginem castam exhiberet, sed uerum relinquens Deum, post idola fornicata est. Hæc, inquā, uirgo, sed corrupta, sed stuprata, ita cecidit, ut nunquam resurgere possit, ita proiecta est, ut nunquam caput suū rursus erigere queat. Tamen si enim nunc nihil minus, ob felicitatem regni Israël, futurum expectatur quam regni deuastatio, tamen, quia Dominus consilio, & iudicio suo, totam Israëlis gentem, deuastationi destinavit, & iam abscondito suo decreto, in manus Salmanessar regis Assyriorum tradidit, etiam si ille ignoret, & extrinsecus longe aliud futurū uideatur, luce igitur licebit mihi dicere, cecidit Israël, proiecta est uirgo Israël, quasi iam factum esset, et adhuc futurū sit. Nam quod dominus futurum decreuit, tam certū & irretractabile est, q̄ si præsens ob oculos poneretur. Hoc aut̄ est decreto Domini, ubi hactenus mille habitauerūt ciues, ibi uix centum superstites euadēt, & ubi erant centum, ibi uix decem salvi remanebunt. In summa, decimæ uix de populo relinquuntur, tanta futura est uastitas. Sic enim & antea per Mosen minatus est Dominus imp̄s dicens, Deut. 28. Remanebitis pauci qui

## EXPOSITIO

plus eratis sicut astra cœli præ multitudine, quia niam non audistis uocem Domini Dei uestr*i*. Quanq autem, dicit Dominus , supplicia hec futura super Israel decreuerim, et pro reg*e* Assyriorum Salmanessarem me executurum proposuerim, tamen si gens illa prenitentiam egerit ab impietibus suis, agam & ego preniuentiam super malo quod cogitau*i* ut facer*e* ei, & subito loquar de gente, & de regno, ut ædificem & plantem illud. Si uos Israelite*s*, relictis uanis cultibus & iniquitatibus uestris, me , Verbum me*s*, præceptum & legem me*a* quæsieris, uitam certe habebitis. Si me audieritis, bona terræ comedetis, si resipueritis, nec capillum de capite uestro mouebit externus hostis. Nolo enim mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & uiuat. Nam minis & supplicijs, qui bus uos afficio, hoc unum conor, ut uos ad res ipsen*iam* adducam, alioqui ad impietas uestras tantisper conniuerem, dum non amplius esset prenitentiæ locus. Proinde, resipiscite dicit tempus est, erit enim, quando dicetur, Non n*on* uos, ite maledicti in ignem æternum, qui patratus est diabolo & angelis elus.

Iam si prenitenti*am* agere uolueritis, non est quia proficiamini ad Bethel, ad Gilgal, ad Berseba quia sunt impietatis uestr*e* delubra. Ut eni*m* illa deuastabit*e*, ita cultores eor*um* peribunt, Gilgal concubabit*e*, Bethel desolabit*e*, sic & omnis spes atque fiducia

## A M O S P R O P H E T A E

fiducia in cultus illorum locorum collocata confundentur. Sed hec demum uera est poenitentia, si pro infidelitate fidem in uerbum Domini reposueritis, si pro uanis uestris cultibus, circa Verbum domini institutis, ueros et legitimos, in lege preceptis cultus arripiatis, & proximoru[m] uestrorum rationem, iuxta charitatis canones habeatis.

Ex hoc loco facile intelligit, eandem peruersitatem in Israëlitis fuisse, qualis in poenitentia agenda sub Papistico regno fuit. Ut n. Israëlite, quoties poenitentiae nomen eis inculcabat, nescientes ueram poenitentiae rationem, festinabat ad Beithel, ad Gilgal, de quibus supra dictum est, item ad Berseba, quem nobilis erat ex apparitione Domini, Isaaco illic facta, & altari illic ab Isaaco edificato, quemadmodum scribitur Genesis. 25. Vnde Israëlite, Patriarchæ Isaac exemplum sequentes, cultus diuinos. sed circa uerbum Domini in Berseba peragebant. Ad haec, inquam, delubra properabant, ut illic sacrum facerent, existimantes se egregiam peregisse poenitentiam, si fictitious suos cultus hypocritica deuotione absoluissent, cum interim ne tantillum quidem de recta & legitima fidei, ac uiræ suæ reformatione cogitareret. Ita quoties sub Papistico regno prædicata est poenitentia, tum mox anhelocursu festinatus est ad pagendas processiones, peregrinationes, missarum celebrationes, ad cilicia, &

## EXPOSITIO

nuditates pedum, ad ieiunia panis & aquæ, interim uero ne gry quidem auditum est de fructibus pœnitentiæ dignis, de odio mali, & dilectione boni, de fidei constantia, & charitatis in proximum calore.

Quod igitur Iudeis prædicatur, hoc idem nobis dictum esse agnoscamus. Ad illos dicit: Nolite ingredi in Bethel, & in Gilgal, ad nos dicunt, Nolite ingredi ad iniissas Papisticas, ad divisorum statuas. Illis dicitur, Odio habete malū, & diligite bonū, nobis dicitur, Sitis odio prosequentes quod malum est, adhaerētes ei quod bonum est: & si uis ingredi in uitam, serua manata, nō fictiōrum tuorum cultuum, sed Domini Dei tui,

Quærите Dominum & uiuetis, ne forte pertransfeat, sicut ignis dominum Ioseph, et deuoret, et nō sit qui extinguat Bethel.

Qui conuertit̄is ad absinthium iudiciū, et iusticiam ad terrā deījicit̄is.

(Quærite, inquam, Dominum) facientem Pleiadas, & Orionem, & conuententem ad mane tenebras, & diem

## AMOS PROPHETAE.

dīem nocte obscurantem, uocantem  
ad aquas maris, & effundentē ipsas,  
super faciem terræ, DOMINVS  
nomen eius.

Confirmantem deuastatiouē suā  
per robustū, & deuastationem suā  
per fortē addūcentem.

Si uere & synceriter, ait Propheta, resipisce  
re uolueritis, nō est, quod ad Bethel, ad Gilgal,  
ad Berseba profiscamini, non est quod cultus  
uestros fictitiōs quæratis, sed querite Dominū  
& ueram salutē consequemini, alioqui pertransi-  
sibit Dominus, & peruagabitur iudicio suo,  
per totam familiam Ioseph, & sicut ignis om-  
nia quæ arripit, deuorat, ita Dominus totum  
regnum Israel absumeret, ut quemadmodum ne-  
mo potest aqua ignem uehementiorem extin-  
guere, sic nemo iram Domini sedare queat.  
Dicitur enim alias: Deus ignis consumens, &  
iudicium eius igni seu flammæ uoraci compa-  
ratur, Esaiae. 5. Sicut deuorat stipulam lingua ig-  
nis &c. Et. 47. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis  
combusti eos.

Obijciunt autem hypocritæ, nonne & nos  
Dominum querimus, dum ad Bethel profici-  
cimur, & dum ad Gilgal peregrinamur. Nam

## EXPOSITIO.

ideo ad hæc loca contendimus, ut illic cultus diuinus in gloriam Domini Dei nostri peragamus, et in celebritatem nominis eius sacram faciamus? His respondendum est, Quærunt qui dem & impij hypocritæ Dominum in cultibus suis ficticjhs, sed non inueniunt. Quærunt Deū, sed inueniunt cordis sui idolum, quærunt Deū, sed inueniunt uanitatem. Non enim inuenitur uerus Deus, nisi in uerbo suo, non reperiſt Dominus, nisi in eloquio oris sui. Iam quia in Beſthel & Gilgal sacra instituta sunt, in honorem quidem Dei, sed abſcq; uerbi sui ordinatione & authoritate. Proinde quæritur quidem illuc Dominus ab impijs hypocritis, sed nō inuenitur. Tunc autē inueniri ſeſe ſinit DOMINVS, ſi per fidem apprehendatur uerbum eius, & per charitatem ea perficiantur opera, quæ lege Domini demandata ſunt. Hæc enim demum uera ſunt ſacra, quibus diuina indignatio aduerſus peccatores concepta, placari potest. Vos igitur principes Israëlis, qui debueratis quidē, iuxta ministerij ueſtri rationem, facere iudicium & iuſticiam, hoc eſt, ſontes punire, & inſontes defendere, ulcisci malos, & bonis honori eſſe, ſed omnia peruerentes, iudicium commutatis in absinthium, & iuſticiam prorsus deſcitis. Etenim ſi nocens aliquis iudicio ueſtro offeratur, non iuxta legis præſcriptum, ſed iuxta crudelitatē ueſtrā, pœnā inferius; & ſi quid in uos aut

## AMOS PROPHETAЕ.

aut uestras constitutiones peccatum fuerit, gra  
uissime exigitis. Si quid uero in legem diuinam  
peccatum est, furda aure transitis, ut plane iudi  
cium seu supplicium uestrum sit tam amarum,  
quam est absinthium, nihil ad exemplū emen  
dationis aliorum proficiens, sed libidini crude  
litatis uestræ satisfaciens. Rursum si iustus ali  
quis, aut honestus vir, bonam habeat cauſam;  
tanum abest, ut a uobis laudem consequatur,  
et ab iniuria defendatur, ut iustum eius causam  
sententia uestra iniustum pronuncietis, adeoq  
omnem æquitatem pro iniuitate interprete  
mini, opprimentes in iudicio pauperes, uim fa  
cientes cauſæ humilium, ut uiduæ sint præda  
uestra, & pupilli rapina.

Vos, inquam, Principes, qui tam horrenda  
designatis flagitia, si ex animo resipiscere uolue  
ritis, non est quod in Bethel & Gilgal sacra faci  
atis, sed potius, quia non frustra gestatis gladi  
um, & Dei estis ministri, terrore sitis male agen  
tibus, laudi aut bene agentibus, iudicare populū  
sine ullo personarę aut munerū respectu. Hæc  
enī demū uera erit resipiscētiū disciplina. Si  
quidē hæc etiā muneris atq; officij uestri ratio  
est, ut faciatis iudiciū, puniendo sontes, tuxta le  
gis diuinæ sententiā et iusticiā, absoluēdo & li  
berādo insontes, iuxta causę eorū equitatē. Nō  
enī exercetis iudiciū hominū, sed Domini Dei  
Zebaoth. Proinde nolite querere Deū Bethel, &

## EXPOSITIO

Deum Gilgal, sed Deum omnipotentem, qui facit exoriri Pleiades, quae sunt stellæ, a latinis Vergiliæ dictæ, & Orionem, quod est sydus illustre sub signo geminorum, alijs pene splendidius, hoc est, illum querite Deum, qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocat: qui cōmutat tenebras in diem, & diem in noctem, qui aquas marinas ardore so- lis in altum eleuat, & postea rursus in terram effundit, cuius nomen est Dominus, qui potentes deuastat, seu ut noster habet interpres, deridet (ille enim pro **הַמְבִלִּג** hamablig, quod si gnificat confortatorem seu confirmatorem, legit **הַמְלָעִיג** hamalig, seu **חַמְלָאִיג** hamaelig, quod derisorem significat) qui & robustus ac fortes depopulatur. Quæ omnia, quid aliud sunt quam omnipotentiae diuinæ descriptio.

Ob has autem caussas Propheta principes argumento ab omnipotentiâ Dei ducto, ad resipiscientiâhortatur. Primum, ut cōfidant se non frustra Dominum quæsituros, siquidem omni potens est, & iuuare potest. Deinde ut timeant & maiestatem eius reuereantur. Nisi enī ipsum quæsierint, nulla potentia, nullum robur, nullæ vires possunt eos ab imminentî periculo liberare, unde ait. Ipse est qui confortat uastitatem super potentem, & qui adducit uastitatem super fortē. Exempla habes in Pharaone, in Gigantibus terræ Chanaan, alijsq; tyrannis.

Cæterum

## AMOS PROPHETA.

Cæterū quod Amos ait. Qui facit Pleiadas & Oriona, opinor ipsum ab Hiobe mutualis, Sic enim legitur ca. 9. facit Arcturum, Oriona, pleiades, & interiores stellas Austrī, facit magna, imperuestigabilia, & mirabilia, quorū nō est numerus, & ca. 38. Nunquid coniunxisti colligationes Pleiadum, uel vincula Orionis aperuisti? Iam nec illud surda aure transeundū est, quod dicit Dominum cōmutare noctem in diēm, & tenebras in noctē. Dies eī & nox Dei opera sunt, ut est Gene. 1. & cōmutatio eorum nō est natura absq; Deo, sed diuina natura seu naturalis rerum ordinis administratio, quemadmodum scribitur Gene. 8. Sunt et pluuiæ nō cœlorum influentia, sed diuina ordinatio ac dispositio, ut in Psalmo legitur. Parat terrę pluuiā & in Hiob. Si ad niuem dixerit, tunc est sup terram, & hymbri pluuiali, tunc humber pluuiarum fortitudine sua adest. Atq; hoc est qd' Paulus scribit. Quæ sunt inuisibilia Dei, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur, ipsaq; æterna eius potentia & diuinitas. Ad hæc, Principum electiones, & Regum exilia, non sunt casus & fortuna, sed opera manū Dei. Ex his ergo creaturis & operibus discamus Dominum Deum nostrum revereri, & præceptis eius obedire, ut in nouitate uitæ ambulemus.

EXPOSITIO

Odio habuerunt in porta corripientem, & loquentem libere ab omniatis sunt.

Quia igitur grauiabatis pauperē, & onus electum ab eo diripiebatis, domus quadro lapide ædificastis, sed non habitabitis in eis, uineas desiderabiles plantastis, sed non bibetis uinum earum.

Quia cognoui multa scelera uestra, & fortia peccata uestra, adfligentes iustum, accipientes placationem (seu munera) & pauperes in porta declinantes.

Propterea prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est.

Querite bonū & nō malū, propterea uiuetis, sic erit Dominus Deus Zebaoth uobiscū quēadmodū dixistis.

Odio habete malū, & diligite bonum,

## A M O S P R O P H E T A E.

nūm, & cōstituite in porta iudiciū, si  
forte misereat Dominus Deus Ze-  
baoth reliquijs Ioseph.

Prēter impietates, crudelitates, tyrānides, &  
pauperū oppressiōes, etiā hanc iniquitatē addi-  
derunt principes ad sua flagitia, quod non solū  
iudicia sua peruertebant, bonū dicētes malū, et  
malū bonū, uerumetiā si quē consiliariū, aut, ut  
uocant, assefforē habebāt, qui in porta, hoc est,  
in aula iudiciorum seu prætorio, pro ratione le-  
gis diuinę sententiā suā ferebat, et sōntem p me-  
ritis puniendū, insontem autē ppter innocē-  
tiā suā absoluendum decernebat, adeoq; sine  
ullo, seu personarum seu munerum respectu,  
multa cū libertate ueritatē pronunciabat, hūc  
abominabantur, e consilio suo ēnciebant, pro-  
scribebant, in exiliū pturbabant, interim & oc-  
cidebant. Quid multa; qui inter ipsos illud Co-  
mici nesciebat, aiunt, aio, negant nego, peius la her-  
angue & cane odio habebāt. Hic em̄ morbus ren.  
aulas. & prætoria principū ubiq; fere inuasit,  
ut recte consulente, iuste iudicante, & libere de-  
negocijs pronunciante, cæteri aulici atq; con-  
siliarij abominentur & persecuantur. Cuius  
rei exemplar habes in Hieremia, qui cum Zi-  
dekiæ recta suaderet, tamen quia principibus  
suis non placebat, in carcerem cōnciebatur,  
ut scriptum est Hiere. 38. Sic & principes Darij

## EXPOSITIO.

regis Persarum, Danieli optime de rege merito, & in munere suo fidelissimo, insidias tantas per struunt, dum ipsum ad leones cōdemnāt. Quid dicam de Ioanne Baptista; quo consule rex Herodes utebatur, quem & rex libenter audiebat, donec Ioannes ueritatem libere dicens, regis libidinem argueret, & ab ipso nec daretur, usq; adeo ab aulis principum ueritas & libertas exulant.

Quia igitur uos principes, electis iustis, p̄jū & prudētibus consiliarijs, pauperes nouis sub inde oneribus grauasti, & quicquid in ipsorum bonis electum atq; egregium erat, diripiisti, adeo q; e pauperum sudore domos politis lapidibus ædificasti, & uineas uoluptuarias plantasti. Ideo hoc erit suppliciū uestrum, ut quam uis ædificaueritis domos sumptuosas, non tamen habitabitis in eis, quam uis plātaueritis uineas uoluptuarias, non tamen bibetis uintum earum. Quicquid enim diuites & potētes pauperum sudore sibi parant, benedictione caret, & maledictioni obnoxium est. Et hæc sententia super impios tyrānos etiam in lege lata est. Deu. 28. Domum ædificabis, & non habitabis in ea, Plantabis uineā, non uinderibabis eā &c

Quare autem his suppliciis Dominus impios tyrannos Israēlis afficiet? Quia, inquit, nō uiuā quāta & quām multa sint scelera uestra, quā grandia

## AMOS PROPHETAE

grandia & nefanda sint peccata uestra. Tamen  
li enim subditis uestris tyrannide ita os occlu-  
datis, ut ne gry quidem contra uestras iniqui-  
tates mutire audeat, tametsi coram populo sce-  
lera uestra, ut occulta ita imputita habere ueli-  
tis, tamen mihi domino Deo uestro, os occlu-  
dere non potestis, nec a me, cordium scrutato-  
re, occultorum cognitore, quicquam cælare li-  
tet, nec a me impune euaderis. Ego enim pro-  
be perspectū habeo, quantis afflictionibus iu-  
stos & innocentes opprimatis, & contra diui-  
nam legem munera placabiliā accipientes, pati  
perem in iudicio ne respieiatis quidem, tantum  
abest, ut cauſam eius recte cognoscatis. Itaq;  
ut grauiſſime & ſequiſſime uos puniam, nullū  
relinquam inter uos iustum & prudentem ui-  
rum, qui ueritatē libere loquatur, & recta ſa-  
pienter consulat. Auferam a uobis pios consi-  
liarios, & ſi qui adhuc ſupererint, occludam os  
illorum, ut taceant, & ſilentio ſua conſilia ubi-  
uis contempta, cohibeant. Dabo autem uobis  
parafitos, adulatores & ſtultos, qui & uos & ſe  
ipſos in extreum exitium conſcient. Tem-  
pus enim malū eſt, ſeu ut Paulus dicit, dies ma-  
liſunt, quibus nec principes nec vulgus ſanam  
doctrinam uifinent, ſed iuxta concupiſcenti-  
as suas coaceruantib⁹ consiliarios & doctores  
qui à ueritate quidem aures auertunt, ad fabu-  
las uero conuertuntur, homines φίλαυτοι,

## EXPOSITIO

auari, fastuosi, superbii, maledici, parentibus immorigeri, ingratii, impii, carentes affectu, nesciij foederis, calumniatores, intemperantes, immites, negligentes honorum, proditores, præcipites, inflati, uoluptatum amantes, potius quam amantes Dei, habentes formam pietatis, sed quam uim eius abnegarunt. His, inquam, tam sceleratissimis hominibus hanc poenam infligam, ut auferram ab ipsis omnes pios & prudentes viros, qua poena grauior uix reipublicæ regni aliquius accidere potest. Ut enim non est maius feredonū Rebus pub. a domino datum, quam habere uiros ex uerbo domini prudentes, quemadmodū scribit Prover. ii. Benedictione rectorū fortunatā ciuitas. Ita non est ferme maior ira dei quam habere uiros consulares imprudentes, & uerbi Domini ignaros. Vnde etiam postea Amos tanq[ue] grauissimam poenam, famem audiendi uerbi dei minatur, & Ezech. 3. Lingua tua adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi uir obiurgas, quia domus exasperans est.

Quanquam autem horrendum illud supplicium uobis minetur Dominus, adhuc tamen locus relapsientiae est, adhuc iram Domini effugere licebit. Quærite, non malum adiumentorum uestrarum, non malum cultuum diuinorum citra uerbum Dei instauratorū, non malum contempsus proximi, non malum peruersiōnis iudiciorum,

## AMOS PROPHETA.

rum, oppressionis pauperū, & direptionis egenorum, non malum tyrannidis & crudelitatis erga miseros, sed querite bonum, quod a lege diuina & uerbo Domini præscribitur, bonum ueræ & legitimæ pietatis, bonū charitatis proximi, bonum recti iudicij & iusticiæ, bonum ἀπροσώπωληα in iudicio, bonū clementie, & moderationis erga afflictos. Si enī hæc feceritis, uiuetis, & Dominus erit benedictione sua quemadmodum gloriabimini, uobiscum.

Nisi enim hos pœnitentiæ fructus faciat, frustra gloriabimini, presentem uobis esse Deum, propter cultus uestros fictitious. Etenim, quemadmodum Iuda, quum prophetæ Babyloniam deuastationem futuram uaticinabatur, pollicebatur sibi præsens Dei auxilium, propter templū Hierosolymitanū, & sacrificia quæ illie in honore dei peragebant. Sed quum inter rim nō resipiceret, nec bonas faceret vias suas, uana erat ipsius fiducia. Vnde Hiere, cap. 7. inquit, Nolite confidere in uerbis mendacijs, dicentes, Templū Domini, templū domini, tempulum domini est. Ita cum Israël audiret a prophetis, Assyriacam captiuitatem futuram promittebat sibi nescio quā dei p̄sentiā, & auxiliū propter cultus suos, quos in honorem diuinæ maiestatis, in Bethel, in Gilgal, in Bersabe & alijs locis instituerat, atque adeo prophetia quopiā concionāte, futuram esse Israēlis

## EXPOSITIO

deuastationem, respondebat populus , Quid  
tu nos deuastationis nomine obtundis ? an do-  
minus hanc terram derelinqueret, quam iura-  
uit patribus nostris & posteris eorum & cuius  
oculi in hac terra sunt, a principio anni usq; ad  
finem eius & an Dominus tantum licentiae per-  
mitteret incircuncisis, ut hæc terra in qua ipse  
summa ueneratione colitur deuastarent ? A-  
page a nobis, Dominus præsens nobis est, nō  
alio hinc discedet.

Ad populi uocem respondet Amos dicens .  
Audio quidem uos gloriari de præsentia Dei,  
uidete autem , ne uosipso uanis promissis se-  
ducatis. Dominus his non est auxilio aut misé-  
ricordia sua præsens, qui carnaliter gloriantes  
cultibus suis fictitijs, citra uerbum eius institu-  
tis fidunt, qui neglecta resipiscentia , & spreto  
uerbo Domini, cogitationes adinventionum  
suarum sequuntur, sed his præsens est, qui bo-  
num querunt & nō malum, qui ex animo resipi-  
scunt, qui dignos pœnitentiæ fructus ex side fa-  
cientes, in houitate uitæ ambulant. Proinde ad-  
moneo uos, o Israëlità , maxime autem uos o  
principes, ut odio habeatis malum & diligatis  
bonum, adeoq; prout ratio munericis uestri exi-  
git, eligatis in prætoria & consistoria iudices iu-  
stos & pios, q; populū iusto iudicio iudicet, nec  
in alterā partē declinent, nec accipiānt psonam  
nec munera, Breuiter, qui iuste qd iustū est per  
sequantur.

## AMOS PROPHETA.

sequantur. Hæc enī si feceritis, miserebitur for  
te dominus reliq̄is Ioseph seu Israēl, & retracta  
bit sententiā suā, quam aduersum uos de  
creuit. Non enī uult mortē peccatoris, sed ma  
gis ut conqueratur & uiuat. Et si populus resipi  
scit a malo quod designauit, retractat etiam do  
minus supplicium suū quod decreuit, quem  
admodum testatur Ieremias cap. 38.

Propterea sic dixit Dominus de  
us Zebaoth domiñator, In omnibus  
plateis erit planctus, in omnibus a  
trijs dicent, ug, ug, & uocabunt eru  
ditum ad luctum & planctum, ad sci  
entes lamentari.

Etiā omnibus uiteis erit plan  
ctus, quia pertransibo in medio tui,  
dixit Dominus,

Vx desiderantibus diem Domi  
ni, ad quid ista uobis? Dics domini  
tenebræ sunt & non lux,

Quemadmodū si effugerit aliquis  
de ore leonis, & occurrat ei ursus,

## EXPOSITIO.

& uenerit domū, & innitatur mānu  
sua sup̄ parietē, & mordeat eū serpēs

Nunquid non sunt tenebræ, dies  
Dominī, & non lux, caligo, & non  
est splendor in ea.

Sed quid frustra tantū uerborū īsumo? ua  
næ sunt omnes adjmonitiones, quibus uos ad  
pœnitentiā inuicto, irritæ sunt omnes mine, qui  
bus uos affligitis uesiris deterrere studeo, fru  
straneæ sunt omnes pmissiones, qbus miseri  
cordiā diuinā polliceor. Pergitis enī tanq; in  
curuiceruicū pecus, in malicijs adinuentiorū  
uestrārū, opprimitis pauperē, diripiatis egenū,  
peruertitis iudicia, respicitis psonas, miseribus  
placamini, Breuiter, & in fidē & charitatē pec  
catis. Proinde audite dominatoris Dei domi  
ni Zebaoth sententiā, quā cōtra uos tulit. Tan  
ta futura est sup̄ uos calamitas, ut in omnibus  
plateis audiat fletus, & omnia fora, atria & cu  
riæ planctu atq; lamentatione compleantur.  
Vbiq; uox illa miserabilis, uę, uę, ingeminabit.  
Nec priuatus solum eritluctus, sed publicus &  
solennis, uocabunt enī more publico eruditū  
ad lugendū, & scientes lamētari, ad plāgendū,  
ut iam non simulatione, sed ueritate lachrymas  
profundāt, tanta futura est afflictio. Sic & Iere  
cap. 9, scribit, Hæc dicit Dominus Zebaoth,  
Con-

## AMOS PROPHETAE.

Contemplamini & uocate lamentatrices ut ue-  
niant, & ad eas quæ sapientes sunt mittite, et pro-  
perent & festinēt, & assumāt sup uos lamentū.

Nec in urbibus solū uox lamentationis audie-  
tur, uerū etiam in campis, in agris, in uineis, ut  
ubi antea uox læticiae sonuit, in locū eius succe-  
dat planctus & fletus. Quod. n. imp̄ns in impie-  
tate sua læticie materia est, hoc postea in iudicio  
diuino eis sit materia afflictionis & supplicij.  
Atq; hec om̄ia aduersa ideo uobis accident, nō  
quia potens est aduersarius uester Salmanessar,  
rex Assyrior̄, nec quia huic ita animo suo allu-  
bescit, sed quia ego, dicit Dominus, ira, & in-  
dignatione mea regionē uestrā ptransibo, ego  
ipse ero, qui deducam & reducam hostes uestros  
Assyrios, p quos tam grauibus calamitatibus  
uos afficiā. Cæterū ubi alijs interpretes, p אָבָר  
lcar, exposuerūt agricolā, nos interpretati su-  
mus, cognoscēt uel eruditū, ut sit deriuatiū  
a uerbo נְכַר Nacar, qđ significat cognouit,  
ducti conjectura, e sequētibus uerbis (& plan-  
ctum, ad sciētes lamētari). Quid. n. agricolæ ad  
planctū. Nisi forte placuerit hunc locū ita intel-  
ligere. Non solum in urbibus plangent, uerū  
etiam agricolas, qui in agris habitāt, ad lamēta-  
tiones fletu suo commouebūt, & ut omnino  
solēnis luctus sit, etiam publicas lamentatrices  
ad planctum uocabūt. Etenim tanta futura est  
afflictio, ut prædicetis beatas steriles, & uētres

## EXPOSITIO

qui non genuerunt, & ubera quæ non lactau-  
runt, & dicatis montibus, cadite super nos, &  
collibus, operite nos. Tunc enim desyderabis  
tis præ nimio dolore & desperatione diem do-  
mini, qui est dies mortis. Optabitis mortem ip-  
sam, optabitis suspendia, modo et tantis calamis  
tatibus liberemini. Solent enim desperabundi  
in afflictione aduentum Domini, hoc est, suam  
ipsius mortem optare, non desyderio fidei, sed  
animo desperationis, & praesentis afflictionis  
grauitate.

Sed uæ illis. inquit propheta, qui hoc animo  
diem Domini desyderat. Putant enim se eua-  
suros præsentia rerum discrimina, sed tantu ab  
erit ut effugiant, ut in longe grauiora incident.  
Quemadmodum enim si forte quispiam effu-  
gerit leonem, & inciderit in ursum sequientem,  
ac deinde domum reuertens, mordeatur a co-  
lubro, quid proderit ei, quod antea a leone &  
ursu sit uiuus liberatus, cum nihilominus a ser-  
pente ueneno infectus, mori cogatur & ita fru-  
stra optant desperabundi diem Domini, & suam  
ipsius mortem. Tame si enim effugiant suppli-  
cia corporalia, tam quia non resipuerunt, no  
effugient æterna. Tame si liberetur per mortem  
corporalem ab hoste Assyriaco, tamen non li-  
berabuntur ab hoste sempiterno, & iuxta pro-  
uerbium, tame si uitauerint Charybdim, tame  
incident in Scyllam. Nam dies Domini, uret  
pijs re-

## AMOS PROPHETÆ.

p̄ijs resipiscentibus, & ipsum ex side desyderā-  
tibus, lumen, splendor, gaudium, lētitia, & re-  
demptio , sic enim Christus ait Lu. 21. Suspice  
& attollite capita uestra , quoniam appropin-  
quat redemptio uestra . Et Paulus. 2. Timot. 4.  
**Reposita** est mihi iustitiae corona, non solum au-  
tem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduen-  
tum illius. Ita eadem dies imp̄ijs, & ipsum ex de-  
speratione optatibus, est caligo, tenebræ, tristitia,  
adflictio, & æterni supplicij ostium. Sunt et  
qui aduentum Domini contemptu, risu, & ua-  
na fiducia oprant, quemadmodum Hiere. 17.  
legitur . Ecce ipsi dicunt qd me, Vbi est Verbi  
Domini? ueniat . Et. 2. Pet. 3. In extremis dieb-  
uident illiosores , qui iuxta proprias concupi-  
scencias ambulent & dicant, Vbi est pollūca-  
tio aduentus eius ? His etiam per prophetā di-  
citur, Væ desyderantibus diem Domini, pollū-  
centur enim illi sibi effugium, etiam si dies cala-  
mitatis aduenerit, sed uane. Dum enim putan-  
se euasuros crucem & calamitatem , in maiora  
subinde pericula ruent, ut nusquam tutum asy-  
lum inuenire queant,

Odi, abhorri festiuitates uestras,  
& non olfaciam odorem cetuum ue-  
strorum.

Quod si obtuleritis mihi holocau-

E X P O S I T I O

tomata, & oblatiōes uestras, non cō  
placitum erit mihi, & pacifica pingui  
um pecorum uestrorum non respi  
ciam,

Aufer a me tumultum carminum  
tuorum, & canticum organorū tuo  
rum non audiam.

Et reuelabitur sicut aqua iudiciū,  
& iusticia sicut torrens fortis.

Nunquid hostias & oblatiōes ob  
tulistis mihi in deserto quadraginta  
annis, domus Israēl?

Et portastis idolum regis uestri, &  
sydus sculptilium uestrorum, stellam  
Deorum uestrorum quā fecistis uobis.

Et migrare uos faciam trans Da  
mascum, dixit D O M I N V S, De  
us Zebaoth nomen eius.

Quos cultus diuinos Dominus apud Israē  
lem, per prophetam Amos reiicit, eosdem a  
pud Iudam per Esaiam abominatur dicēs: In  
censum

## AMOS PROPHETA.

censum abominatio mihi est, Neomeniam & sabbatum, & festiuitates alias non feram, Iniqui sunt ceteri uestri, Kalendas uestras odiuit anima mea. Praecepit quidem Deus in lege, ut se stiuitates & sabbata obseruentur, incensa adoleantur, holocausta sacrificentur, munera cibaria offerantur, & pacifica pinguium pecorum adducatur. Sed tum demum illa prosunt si legitime siant, si legem obseruaueris. Hæc autem est legitima festiuitatum & sacrificiorū obseruatio, si ex resipiscientia a peccatis, & fide in futuram Meschiae oblationem, pro figura tantum & umbra, non pro ueritate iustificationis obseruētur. Iam Israelitæ, ueram resipiscientiam contemnentes, iustificationem suam non fide in Verbo promissionis, seu Domino Deo suo, sed hypocrisi in festiuitatibus, in sacrificijs, & carminibus suis quærebant, existimantes se se egregie a peccatis purgatos, si sacra sua, non tam illa quæ Deus Verbo suo instituit, quam illa quæ ipsi metu finixerunt & adiecerunt, magna deuotione celebrarent, cum interim nullam nec fidei erga Deū, nec charitatis erga proximum, rationem haberent,

Reiçit igitur Dominus omnes festiuitates, oīa sacrificia, omnē carminū suorum strepitum & organorū concentū, etiā hæc omnia in honorem Dei peragantur, propterea quod bæc in

## EXPOSITIO.

Sceleratis potius sint iniquitatis operculū, quā iustificationis disciplina. Quod si hæc abstuleris, inquit Dominus, a facie mea, & abrogaveris, ueramq; pietatem substitueris, tunc erupet & adfluet, quasi aquarum abundantia, iudicium, tunc quasi torrens pleno alueo iusticia inundabit. Et in regione uestra, non erunt amplius oppressiones pauperū, & direptiones egenorum. In iudicis non erunt respectus personarum, non munerum placationes, sed unusquisq; habitabit sub siccū sua confidenter, & regnabit rex sapiens, qui faciet iudicium & iusticiam in terra.

Notabis iterū hoc loco, non continuo Deo gratum esse, quod in honorem eius instituitur & peragitur. Aufer inquit, a me organa tua et carmina, hæc tamen in honorem Dei instituta erant. Verus enim honor Dei est, resipiscētia, fides, & charitas. Nam et Christus sic ait, Gaudium est & coelis super uno peccatore. Nō autem dicitur, sacrificante, cantante, aut organis in honorem Dei ludente, sed resipiscēte.

## NVNQVID HOSTIAS ET OB LATIONEM OBTVLISTIS &c.

Hunc locū allegat Stephanus in actis Apostolicis ca. 7. & ita allegat, ut interim etiam sententiam eius exponat. Exprobrat enim spiritus populo Israel, quod iam inde ab initio, nunquam candido & sincero animo Deum coluerint. Etenim

## AMOS PROPHETAE

Etenim cum ex Aegypto per Mosen essent liberati, & Mose in montem ad adserendam legem ascendisset, fecerunt illi uitulum, & obtulerunt hostiam simulacro, & lætabantur super operibus manuum suarum. Quapropter conuerterit se Deus, & tradidit illos in reprobationem, ut frustrarentur per cogitationes suas, & pro Deo cœli colerent militiam cœli. Dum enim impietas in electis cultibus sibi placet, & lætatur in operibus manuum suarum, traditur subinde in maiore impietatem, ut est Rom. 1. & 2. Thessa. 2. Pro eo quod ueritatem dilectionis non receperūt, in hoc ut salui fierent, mittit illis Deus efficaciam illusionis &c. Ezech. 14. Qui cuncti posuerit idola in corde suo &c.

Vnde ait Dominus hoc loco, Nunquid hostias & oblationē obtulisti mihi in deserto quadrangula annis Domini Israël & certe non mihi, ut maxime uideri uolebatis, omnia uos in honorem meum facere, sed uitulo uestro, sed militia cœli, sed stellis cœlestibus hostias obtulisti. Vobis cum enim per desertum portabatis idolum Moloch, quo tanquam rege confidebatis, & sculptiles figuræ syderum atque stellarum, in quas tanquam Deos fiduciam uestram colloabatis. Proinde, etiam si inter dum in honorē meum sacrum aliquod faciebatis, mihi tamen nec gratum, nec acceptum erat, sed potius quia alii inter uos dii erant, ideo non mihi, sed idolis

## EXPOSITIO

uestris sacra illa facta esse computabam. Porro Israëlitas militiam cœli, quo nomine stellæ significantur, coluisse, etiam alias notum est. 4. Reg. 17. Adorauerunt uniuersam militiam cœli, Hiere. 19. Sacrificauerunt omni militiæ cœli, &c. 44. Sacrificabimus reginæ cœli, & libabimus ei libamina, sicut fecerunt patres nostri, reges & principes nostri. Cæterū quod in Actis Apostolicis legit, Sydus Dei uestri Remphan, cum tamen in Hebrœo nō habeatur Remphan, opinor non quidem Stephanum sic Iudæis recitasse, nimirum apud Hebræos ex Hebræorū libris testimonia adducentem. Sed Lucam, qui Actorum Apostolicorum scriptor est, cum historiam græce scribebat, usum quoq; fuisse Græcorum libro, apud quos in propheta Amos, pro קָרְבָּן eth Kjün legitur Remphan.

Sic ergo dicit Deus, cuius nomē est Dominus Zebaoth, quia uos Israëlite, non solum paternas terræ possessiones Patrum uestrorū, uerum etiam impietatem ipsorū hæreditastis, nec id solum, sed auxistis etiam adeoq; iniuitates patrum uestrorum compleuistis, transferā uos ex hac regione trans Damascū in Assyriam & Babylonem, ut illic omnibus miserijs adfecti pereatis. Sic enim Mosi pro populi idololatria deprecanti respondi, me hanc iniuitatem, quam in deserto designauerunt, in die ultionis uisitaturum. Nunc igitur adest dies ultionis,

dies

## A M O S P R O P H E T A E .

diēs miseriæ & calamitatis, quo Assyriorum  
rex uestrum regnum destructurus est, quem-  
admodum factum esse scribitur quarto Regū  
decimo septimo.

## C A P V T VI.

**V**AE tranquillis in Sion, & con-  
fidētibus in montana Somron,  
ijs qui æstimantur Primates populi,  
& domui Israel, ipsis adhærenti .

Transite ad Calne & uidete, & ite  
inde ad Hamath magnam, & descen-  
dite ad Gath Philistinor̄, nonne me-  
liora sunt regnis istis? nōne latior ter-  
minus eorum termino uestro?

(Væ) fugiētibus ad diē malū, &  
appropinquantibus solio iniqtatis .

Cubantibus super lectos eburne-  
os, & lasciuientibus in grabatis suis,  
& comedentibus agnos de grege, &  
uitulos de medio farcimini s .

## E X P O S I T I O.

Ludentibus in cithara, sicut David, excogitantibus sibi instrumenta cantici.

Bibentibus in phialis uinum, & præcipuo oleo se ungentibus, & non anxiatur super contritione Joseph.

Quapropter transmigrabunt in capite transmigratum, & auferetur capona lascivientium.

Iterum minatur propheta primatibus Israëlis, carnali confidentia, & securitate turgidis, gravissima supplicia. Vbiq; autem in prophetis se curitas & confidentia carnalis damnatur. Falso equus, inquit Psalmus, ad salutem, & in abundantia uirtutis suæ non saluabitur, & iterū. Non in tibiis uiri beneplacitum est Domino. Similiter apud Esaiam, Væ his qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus, quia preualidi nimis, & non sunt confisi super sanctum Israël, & Dominum non requisierunt. Sic & hoc loco Amos ait, Væ uobis optimatibus, & primatibus populi, Væ etiam toti familiæ Israël, cum primatis suis in impietate & uana fiducia cōsentientis, quod

## AMOS PROPHETAS

quod polliceamini uobis securitatem & pacem, propter munitam arcem in Zion, & quod fiduciam uestram collogetis in oppida & castra murata, quae in montanis Samariæ ædificata sunt. Sic enī uobiscum cogitatis, imo prophetis deuastationem annunciantibus palam dicitis, Nihil malū nobis accidere potest. Habemus adhuc tot arces egregie munitas, possidemus tot urbes undiq; ualidissimis muriis circundatas, in quib; probe tuta & securi ab hoste erimus, ne uel pilum de capite nostro mouere possit. Quod si hæc non iuuabunt, confugiemus ad regnum Iuda, ubi est arx Zion in Hierusalem munitissima, et templū Domini fortissimum, illuc tantisper certum habebimus asylum, dum hostis noster sua sponte recedat. Væ ergo uobis, inquit propheta, pacem & tranquillitatem sibi in arce Zion pollicentibus, Væ uobis confidentibus in castra Samariæ. Nullam enī potentiam, nullum robur posse in iudicio Dei cōstare, exemplis aliarum regionū cōprobabo. Circūspicite, obsecro, ubiuis externorū regnum arces, & castra, oppida & urbes, quarum muri uestris multo ualidiores sunt, & termini multo latiores, nunq; tamē potuerunt suos habitatores defendere, in necessitate nunq; constiterunt, in iudicio Domini plane defecerunt, & uestri muri multo imbecilliores uos defenserent; non erit istud, inquit DOMINVS.

K

## EXPOSITIO

Transite saltem ad Calne, quæ est urbs in re-  
gno Babylonico, in terra Sēnaar, quemadmo-  
dum scribit Gen. 10, cuius etiā meminit Esaias  
cap. 10. Nūquid huius urbis muri, quamuis for-  
tissimi, constiterunt? A Calne diuertite ad ma-  
gnam regionem Hamath, quæ nomen accepit  
a filio Chanaan Gene. 10. cuius quoq; mentio  
fit Esa. 10. 4. Reg. 14. & 4. Reg. 25. Quod si nec il-  
lam ualida eius oppida & munitæ arces defen-  
derunt, quomodo uobis in uestris arcibus se-  
curitatem promittetis? Posthac descendite  
ad Gath urbem Philistinorū munitissimā, quid  
autem illic aliud, quam uestræ deuastationis p/  
œmum reperietis? Si enim huius munitiones  
non potuerunt aduersariorū impetū ferre, qd  
uosipsoſ uana persuasione & fiducia in uestra-  
rum urbium munitiones seducitis? Nam cū  
illæ urbes, quæ sunt uestris ualidiores, & regio-  
nes, quarum fines uestris latiores sunt, uim ho-  
stium non potuerūt sustinere, frustranea certe  
est omnis confidentia, quam in urbes & regio-  
nes uestras collocatis.

Væ igitur uobis ad diē malū fugientibus, &  
solio iniquitatis appropinquatibus, hoc est, q  
uana spe, ad uestrū ipsorū interitū & suppliciū  
festinatis, & in impietate tanq; in solio quiesci-  
tis, nec quicq; uos uel de inani uestra fiducia, su-  
per arces, ad fidem in Deum, uel de iniquitate  
uestra ad dignos pœnitentiae fructus adducere  
potest.

## AMOS PROPHETAE

Potest. Quid ergo uobis reliquū est, nisi confusio? Est enī cōfusio genuinum securitatis, & confidentiae carnalis supplicium. Et quis nō uideret uos fugere adeoq; festinare ad diē malum, ad uestrum ipsorū interitū, & solio iniquitatis app̄quinquare, q; saliē uestras delicias animaduerteret. Iam enī sordent uobis lecti lignei. In lectis eburneis cubatis, & eo impudencie p̄uenistis, ut dedideritis uos metip̄sōs lasciuiax ad patrandū omnē imundiciā in stratis uestris! cū auditate. Nec id solum, uerū etiā studetis comes rationibus & ebrietatibus, deuorātes pingues agnos de gregibus, & saginaios uitulos, quos ex loco saginā, quē sarcimē uocāt, elegistis. Pulsatis quoq; securi, & læti in cōuiuīs uestris, cytharā, lyram, & alia instrumenta musica, quæ uobis ad imitationē Dauidis excogitastis. Hoc enim solum in Dauide æmulamini, quod sicut ille egregius fuit Psaltes in Israēl, ita uos in modum simiarum exemplū eius fecuti, hoc solum agitis, ut alter alterū in pulsanda cythara uincat. Cæterum, pietatem, fidem, charitatem, sollicitudinem p̄o populo, curā regni administrādi, fidelitatem & diligentiam Dauidis in munere suo, nemo est inter uos, q; uel requirat, tantū abest ut emulemini. Proinde q; gratus fuit catus & lusus Dauidis dño, tam ingratuus & insuavis est ip̄i illorū impiorū principū lusus, pp̄tea

K 2

## EXPOSITIO

quod Davidis cantus fide & pietate suffarcinatus fuerit, illorum autem tumultus uerius quam cantus, ut mero madet, ita impietate scatet.

Et ut nihil deliciarum in coniuicjus uestris omittatur, nemo uestrum e fictilibus aut uitreis uasis bibit, sed ex aureis phialis uinum ingurgitatur. Nec si quando lotum eatis, satis est, ut aqua lauemini, sed electissimo oleo corpus uestrum inungitis, anima nihilominus omnibus sordibus contaminara. Et cum uos optimates ac principes, in comedationibus & ebrietatibus, in cubilibus & lasciuicj diutinam egeritis uitā, nemo est interim, qui subditos curet, qui subiectos prudenter regat, qui anxietur pro familia Ioseph (quo nomine totum Israēlis regnum significatur) propter futuram contritionē & deuastationem, qui compatietur afflictionibus populi, qui Israelem e suis calamitatibus & aduersis liberare studeat.

Quid igitur futurū erit? Quandoquidem optimates primi sunt in delicijs & comedationibus, primi etiam erunt in captiuitate. Capita sunt populi in ebrietatibus, proinde capita etiā populi erunt in captiuitatibus. In acie em̄ trans migrantium seu captiuorum, ipsi primi captiuū abducentur, & tunc dissipabitur capona, conuiuū, societas, & conciliabulum Principum illorum, qui sibi non nisi ad luxum & delicias natī esse uidentur.

Porro

## AMOS PROPHETAE.

Porro, quia scriptura ad nostram eruditio-  
nem & disciplinā data est, igitur quod hoc clo-  
co ad príncipes Israelis dicitur, hoc idem Prin-  
cipes Germaniae sibi dictum esse agnoscant.  
Nam cum securi in delicijs uiuant, et plane mo-  
res Principum Israelis imitantes, lasciujs & cu-  
bilibus studeant, quid futurum aliud super ip-  
pos esset, quam quod hic a propheta dicit, trans-  
migrabunt in capite transmigrantium, & aufe-  
retur capona lasciuientium. Nam & alii pro-  
phetæ securitati carnali, subitum interitum, &  
delicijs captiuitatem minantur, Esaiæ. 5. Ve qui  
consurgitis mane ad ebrietatē seßtandā, & po-  
tandū usque ad uesperam, ut uino æstuetis. Ci-  
thara & Iyra & tympanum, & tibia & uinum  
in conuiujs uesiris, & opus Domini non respi-  
citis, nec opera manuum eius cōsideratis, pro-  
pterea captiuus ductus est populus meus, quia  
non habuit scientiam, et nobiles eius interierūt  
fame. Et Paul. Cum dixerint pax & securitas,  
repētinus superueniet interitus. Similiter Chri-  
stus in Euangelio: Sicut accidit in diebus Noë,  
ita erit in diebus filij hominis, edebat, bibebat,  
uxores ducebant, emebant, plantabant, ædifi-  
cabant &c. & subito aderat supplicium.

Iurauit dominator Dominus per  
afimam suam, dicit Dominus Deus

K :

## E X P O S I T I O.

Zebaoth, abominor ego superbi-  
am Iacob & palatia eius odi, & tradā  
ciuitatem atq[ue] plenitudinem eius.

Eterit, si relicti fuerint decem uiri  
in domo una, morientur.

Et tollet eum patruus eius & au-  
culus eius, ad efferendum ossa de do-  
mo, et dicet ei, qui est in lateribus do-  
mus, an adhuc aliquis tecum est? &  
respondebit, finis, & dicet, tace, quo-  
niam ne recordari quidem uolebant  
nominis Domini.

Nunc quidem uos o príncipes, Genio in-  
dulgetis, & uoluptuariam uitam ducitis, nec  
ullis prophetarū minis seu increpationibus ad-  
duci potestis, ut futuram calamitatem credatis,  
sed pergitis p[re]frafti & peruicaces in arrogan-  
tia uestra. Proinde si minis prophetarū crede-  
re nolueritis, credite saltem iuramento Dei. Ju-  
rauit enim Dominus per animā suam, p[ro] semet  
ipsum, cum non habeat se maiore. Vnde ego  
dicit Dominus, abominatio mihi est Israēlia-  
rum arrogantia, quam conceperunt uel e-  
uana

## AMOS PROPHETAE

uana uirium suarū fiducia, uel e nupera uictoria, quam Hierabeam rex eorum ex Emath & Damasco retulit, & propter arrogantiam atq; mentis elationem, odio etiam prosequor pala-  
tia, adeoq; quicquid est ædium magnificarum  
in toto regno Israel.

Quapropter, ut tantam arrogantiam digna  
pœna afficiam, tradam ciuitates regni Israel, &  
quicquid est in ciuitatibus, uel habitatorū, uel  
opum, ac diuinarum, regi Assyriorum. Tunc  
enim tanta futura est calamitas, ut qui morian-  
tur, aut gladio, aut fame, neq; planctu, neq; se-  
pultura digni iudicentur. Nam si forte decem,  
hoc est, multi viri, in una domo ex clade reliqui  
mancerint, nihilominus tamē morient̄. Quod  
si cognati & amici propinquiores, quales sunt  
patruus et auunculus, accesserint ad domū illā,  
ut demortuorū ossa efferāt atq; sepeliant, respō  
debitis, qui domus custodiā tenet, neminē su-  
peresse dignum sepultura. Cur uos cognati, in  
quiet, lugetis, cur doletis, quid plangitis & quin  
potius tacete, & dolorem reprimite. Qui enim  
mortui sunt, propter impietatem suam nō sunt  
digni ut plangantur & sepeliantur, quippe qui  
ranto odio nomen Dei prosequebātur, ut eius  
ne recordari quidem patienter poterant.

Sunt & hac nostra tēpestate multi, qui erga  
Euangelij nomē tantam inuidiā cōceperūt, util  
iud ne nomiari quidē uelint. Ergo etiā illos hoc

## EXPOSITIO

manet supplicium, ut turpiter mortui, ne luctu quidem & sepultura digni habeantur. Est autem non minima legis maledictio, carere sepultura, Deut. 21. Cadauer tuum erit in escā cunctis uolatilibus cœli, et bestijs terræ, nec erit, qui abigat. Hiere. 15. mortibus ægrotationum morientur non plangentur, & non sepelientur, in sterquilinum super faciem terræ erunt &c. Apud Deum quidem nihil refert, sepeliaris, uel non sepe liaris, is enim in iudicio suo non sepulturam, sed pietatem respicit. Apud homines autem tanta iudicatur maledictio, ut lex Mosi ne publicum quidem facinorosum, in cruce suspensum, in sepultum manere uoluerit. Quæ maledictio etiam si nonnunquam pijs quoque accidat, ut uidelicet sepultura careant, & siant uolatilium esca, tamē in ipsis, propter pietatem & fidem, maledictio uertitur in benedictionem.

Quia ecce Dominus præcepit, ut percutiatur domus magna fissuris, et domus parua scissuris.

Nuquid currēt in petra equi? aut arbitur (illic) bobus? quoniā cōuertistis in amaritudinē iudicium, & frumentum iusticiæ in absinthium.

Læta-

## A M O S P R O P H E T A E

Letamini in re nihili, dicitis, non ne fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Quoniam ecce ego suscito super uos domus Israhel, dicit Dominus Deus Zebaoth, gente, & operam meam uos ab introitu Hamath usque ad fluuium solitudinis.

Quod si nec iuramento Dei credere uolueritis principes, certe cogemini tandem precepto credere, nec solu credere uerum et sentire. Sic. n. Principiatur Dominus, ut diruatur omnia regni uestrorum aedificia, siue magna, siue parua, & huius precepti executione demandauit Salmanessari regi Assyriorum. Quod autem Dominus decernit et statuit, hoc nemo potest uel potentia humana, uel hypocriticis operibus, sed diu taxat uera res ipsa scilicet irritare. Nam haec ideo uobis tot annis ante praedicuntur, cum adhuc estis fœlices & fortunati, ut bonitas Dei ad pœnitentiam uos induitet. Sed quid dicam, aut quod me uertamus oleum et opera in uobis perdata sunt. Diuinitatem bonitatis diuinae, tolerationis ac lenitatis Dei deberem uos ad resipiscientiam inuitare, sed ecce, iuxta duriciem uestram, et cor pœnitente nescium, colligitis uobis meti ipsius subinde maiorē irā Domini, ut non solum impius agatis, uerum etiam impietatem uestram.

K. 5

## E X P O S I T I O

Deo pro pietate obtrudatis, & obstinaci peccato  
re nullā sanam doctrinā ne audiatis quidē, tan-  
tum abest, ut ipsi obsequamini. Quid unq̄ bo-  
ni de tam lapideo corde & puicaci animo spe-  
rare licet? Certe nemo potest equis currere, aut  
bobus arare, in locis petricosis, frustraneus. n-  
erit om̄is arandi, aut currēdi labor, ubi nō sunt  
nisi saxa & rupes. Nam etiā illīc araueris, aut  
seminaueris, nullus tamē pferetur fructus. Ita  
quando impi or̄ corda sunt lapidea & saxosa,  
quicqd illīc araueris, seminaueris, aut plantaue-  
ris, incrementū nō habebit. Desperauitigit,  
me in uobis impijs & saxeis, ac incuruiceruicis  
principibus, pr̄dicationē uel pmissionū diuina-  
rum, uel minarū iræ Dei, efficere posse ut resipi-  
scatis. Iudiciū em̄ uestrū, quo facinorosos legiti-  
me punire deberetis, cōuersum est in tyranni-  
dem, & iusticia, qua innocens liberandus esset,  
cōmutata est in truculentā. Breuiter in regno  
uestro nec ius dicit, nec leges obseruantur, nec  
æquitas promouet, sed ubiq̄ regnant uiolen-  
tia, tyrannis, & impietas. Præterea quia hoc  
tempore redditā est uobis aliquanta pristini sta-  
tus conditio, & rex uester Hierabeam, filius Io-  
as, uictoria sup̄ aduersarios uestros potitus est,  
ita ut terminos Israel ab Hamath usq̄ ad mare  
solitudinis (qd̄ Iosephus lacū Asphalititen uo-  
cat) restituerit, quēadmodū scribit. 4. Reg. 14.  
aliac p̄eclarastragemata fecerit, ideo tam fœ-  
lici

## AMOS PROPHETAE

lici rerum successu elati, prorsus misericordię dī  
uinæ, qua om̄ia illa uobis obtigerūt, obliuisci  
mini, & nō potētiæ diuinæ, sed uestræ fortitudi  
ni prosperū euentū adscribētes, gloriabūdi di  
citis, nōne fortitudine nostra adsumplsimus no  
bis cornua; nōne nos tam fortes & prudentes  
sumus, qui reportauimus tantā uictoriā; non  
ne uires nostræ effecerunt, ut termini Israel re  
stiterent? Nos illi magnates & potētes uiri su  
mus, quoq; uirtute tanta salus toti regn o Israēl  
parta est. Hoc em̄ impioq; ingeniū est, quod  
ut in afflictionibus fremūt, indignātur & de  
sperant, ita in rerū prosperitate p̄fsumūt, de ui  
ribus suis gloriant, & obliti diuinæ misericor  
diæ, suę uirtuti om̄ia adscribūt. Gloriarī autē de  
uirib, suis, quid aliud est, q̄ gloriarī de **לארכָ**  
lo dabat, hoc est, de renihili. Quid. n. humana  
est fortitudo, nisi umbræ somnium, aut si quid  
hoc est inanius? Quia igit̄ uos Principes ue  
stræ fortitudini uictoriā adscribitis, ecce hæc di  
cit Dominus Zebaoth, Ego suscito contra uos  
o domus Israēl, gentem Assyriorum trucem &  
crudelem, nō reuerentem senes, nec miseren  
tem parvulorum, quæ uos ac uestram regionē  
ab initio Hamath, usq; ad fluuiū deserti, fundi  
tus depopulab̄. Restituit antea Hierabeā Israē  
li terminos ab Hamath, usq; ad fluuiū deserti.  
nunc autē in his terminis conculcabo ego Dñs  
uos per Salmanessarē regē Assyriorū, ut quod

## EXPOSITIO

prius erat uictoriæ & fœlicitatis uestræ, nūc si  
at omnis uestræ calamitatis materia. Hoc enim  
impiè in uires proprias gloriationis suppliciū  
est, ut quæ res gloriabundis laudi cesserit, eadē  
postea sit ignominia. Gloriæ cesserat Nebucad  
Nezari, quod totam terram fere in suā ditionē  
redegerat, sed quia de uiribus psumebat, quan  
to glorioſior erat rex, tanto turpior fit casus e  
ius, qui Eſaiæ 14. & Dani. 4. describitur. Non  
ne Aman a consilijs Assueri, in tantum de sua  
claritudine gloriabatur, ut etiā amicis suis ma  
gnitudinem diuitiarum suarum, filiorumq; tur  
bam, & gloriam qua a rege super omnes prin  
cipes effet elatus, exponeret? Sed quod ipsi  
tunc erat gloria atq; maiestas, hoc idem fit po  
stea summa turpitudo & ignominia.

## CAPVT VII.

**S**I costendit mihi dominator Do  
minus, & ecce formabat locustas  
in principio foliorum herbe uirētis,  
& ecce herba uitens post rasuras re  
gis.

Et factum est, cum consumeret co  
medendo herbam terræ, dixi, domi  
nator

## AMOS PROPHETAE

nator Domine, sis obsecro propitius, quis suscitabit Iacob quod parvulus sit?

Misertus est Dominus super hoc, non erit, dixit Dominus.

Deus olim multifariam (ut Apostoli uerbis ad Hebreos utar) multisq; modis locutus est patribus per prophetas, atq; adeo uarijs rationibus iudicia sua manifestauit, alias enim solo uerbo, alias signis, alias uisionibus adiectis futura reuelauit. Cum igitur hactenus Dominus Israëlitis p. Amos locutus sit solo uerbo, nunc etiam uisionibus eis loquitur, si forte p. has uerbum tam alte inculcaretur ut resipiscerent. Hic enim est labor, hoc opus spiritus sancti in prophetis est, ut peccatores ad resipiscētiā inuitet.

Prima uisio sic habet. Amos uidit Dominū fingere atq; formare locustarum examen, eo tempore, quando folia herbarum florere incipiunt, & omnis ager parturit, quando flores arborum, & herbæ segetum omnium rerum abundantiam pollicentur. Quę locustæ uirētia quæcq; depascebant, & utita dicam, abrode bant. Post priorem autem depastionem atq; rafuram, quam locustæ una cum rege suo herbis & segen intulerant, ecce, secundo herba uirēs erumppebat, unde nōnulla fertilitatis spes relin-

## EXPOSITIO

quebatur. Cum autem locustæ etiam hanc de-  
vorando consumere & depascere uellent, ex-  
clamaui ego propheta ad Dominum Deum no-  
strum dicens: Obscurio dominator Domine,  
propitius esto populo tuo, ne fame & inædia  
pereat, Locustas abige, ne cuncta deuorent.  
Cum enim gens Israël ad paucum numerū re-  
dacta sit, quis posset ipsam restaurare, nisi tu do-  
mine Deus noster? Mox post hāc orationē mi-  
serus est Dominus populi, & dixit: Non erit  
Gens Israël nō delebit tota, sed regnū eius rur-  
sum florebit. Significat autē hāc uisio, regnū Is-  
raëlis sub Hierabeam, filio Ioas p̄p̄modū pe-  
riisse, nisi Dominus ex alto respexisset, & iuxta  
Verbū suū, quod p̄ prophetā Iōnam locutus  
est, in pristinum statum reuocasset. Sic. n. scribi-  
tur. 4. Reg. 14. Hierabeam restituit terminos Is-  
rael ab Hamath usq; ad mare solitudinis, iuxta  
sermonē domini Dei Israel, quē locutus est per  
seruum suū Iōnam, filiū Amathi prophetā, qui  
erat de Gath, quæ est in Hephēr, Videlicet Do-  
minus afflictionem Israhel amaram nimis,  
& q̄ consumpti essent usq; ad clausos carceris  
& extremos, & non esset qui auxiliaretur Isra-  
el. Nec locutus est Dominus, ut deleret nomē  
Israel de sub coelo, sed saluauit eos in manu Hie-  
rabeam filij Ioas. Quem locū ideo totū huc ad-  
scripsi quod ad presentis uisionis interpretatio-  
nem plurimū faciat. Nam q̄ Amos uidit exa-

men

## AMOS PROPHETAE.

men locustarū herbas uirentes depascere, hoc illud est, quod in historia dicitur, Vidi Dominus afflictionem Israel amarā nimis, & q̄ con sumpti essent usq; ad clausos carceris. Similiter cum dicitur, quis suscitabit Iacob, q̄ parvulus sit; cōuenit cum eo quod in historia scribitur, Et non esset qui auxiliaretur Israel. Misertus igitur Dominus Israēlis, liberauit illos de manu hostium suorum, per Hierabeam silium Ioas<sup>1</sup>, & collapsum Israēlis regnum, restaurauit.

Duo autem hic præcipue notanda ueniunt, Primum, animaduertes ueritatē dicti illius, Dominus mortificat & uiuiscitat, deducit ad inferos, & reducit. Etenim Dominus Deus noster hactenus Israēlis regnum propter impietatem suam ita adflixerat, ut pene deploratum & clamatum esset, nec erat ulla spes pristinæ conditionis recuperandæ. Sed tamen ut declararet se mortificare & uiuiscare, se esse adiutorem in necessitatibus, & adflitorum cōsolatorem, restituit rursus regnum Israēl, in pristinam suam gloriam, ut per hoc factum, omnes p̄ij confidentiae in aduersis admoneantur, ne desperati contabescant, sed ad Dominum suum auxilia petatur, configiant.

Secundo notabis, orationem ex fide profetam, posse propositū Dei auertere. Nam Dominus p̄posuerat, se totū Israēlis regnū perditum, sed ab hoc p̄posito, per orationē Amos

## EXPOSITIO

**E**x fide in uerbum Ioræ prophetæ prosectorum auertitur. Idem habes in Mose, ad quem Dominus dicebat: Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos. Mose autem oratione sua super promissioe diuina fundata, Deum ab hoc decreto suo reuocauit, Recordare, inquit, promissionis factæ ad Abraham, Isaac, & Iacob, quibus iurasti per temetipsum dices: Multiplicabo semen uestrum &c. Vnde Dominus per Ezechielem grauiæ supplicia minatur prophetis, indignationem suam oratione a populo non auertentibus. Sic enim legitur Ezech. 13. Ve prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil uident, non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut stareis in prælio, in die Domini. Et cap. 22. Quæsi de eis uirum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me de terra, ne dissiparem eam, & non inueni. Et effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos. Hic autem mihi uide, quam inique in rebus humanis comparatus sit. Hierobeam enim rex potitus erat uictoria, & possidebat iam florenissimum regnum, idque parauerat non armis, non potentia carnali, non uiribus aut fortitudine principum suorum, non machinis bellicis, sed oratione fideli Amos, aliorumque prophetarum, nihilominus tamē principes gloriates dicunt: Nonne fortitudine nostra adsumpsimus nobis

## AMOS PROPHETÆ.

nobis cornua; Et tantum abest, ut non nullam  
victoriarum partem prophetarum orationi adscri-  
bant, ut potius prophetas persequantur, & ip-  
soꝝ tanquam omnis mali autores e finibus suis  
ejectant, id quod paulo post Amos prophetæ  
accidisse legimus.

Ceterum quod in textu dicitur, post rasuras  
regis, non de Seneherib rege Assyriorum, sed  
quia sermo de locustis habetur, de rege etiā lo-  
cistarum intelligendum est, ut sit sensus. Post  
rasuras regis, hoc est, post depastiones, quibus  
rex locistarum cum examine suo herbas uirē Pro-  
tes deuorabat, alia herba proferebatur. Tamen <sup>10.</sup>  
si enim Salomon in proverbiis dicat, locustas  
regem non habere, non tamen intelligit, ipsas  
omnino carere duce, sed quod non eligant re-  
gem, quemadmodū inter homines fieri solet,  
& tamen tam sapientes bestiolæ sint, ut egredi-  
antur atq; sequantur ducem suum, perinde ac  
regem electū, per turmas suas. Porro locustarū Pli. li  
multitudinem fruges consumentem, esse male <sup>11. ca.</sup>  
dictionem Domini, scriptū est Exo. 10. & Deu. 29.  
28. Vnde etiam Ethnicus locustas, pestem, & de-  
orum iram inuocat.

Sic ostendit mihi dñator Domi-  
nus, & ecce uocabat ad iudiciū, igni,  
dominator Dominus, & deuorabat

L

## EXPOSITIO

abyssum multam, deuorabat quoque  
agrum. Et dixi, dominator Domine  
cessa obsecro, quis suscitabit Iacob,  
quod paruulus sit?

Misertus est Dominus super hoc,  
etiam illud nō erit, dixit dñator dñs.

Secunda uisio, qua Propheta audit Domini  
num acclamantem iudicio, ut igni ualles & cā  
pos deuoret, prioris uisionis confirmatio est.  
Sicut enim in Genesi ca. 14. uisio septē spicarū,  
confirmat priorem boum uisionem, ita hōc lo  
co altera alteram stabilem reddit. Oportet enī  
uerbum esse certū & bene confirmatum, ut si  
des in temptatione perdureret.

Hec ergo est uisio. Audit Amos uocē dei, accla  
mantē iudicibus seu ultoribus, ut p̄nunciēt om  
nes ualles & campos planos, igni consumen  
dos esse. Et ecce uidebat ignem continuo aby  
sum multā, hoc est, ualles profundas, & agrū  
hoc est, campos planos deuorare, quod rur  
sum significat, regnum Israelis decteto domini  
perditioni & deuastationi traditum esse. Sed  
hoc Domini p̄positū intercipit propheta or  
tione sua, dicens. Ah dominator Domine, par  
ce p̄opulo tuo, quem elegisti. Non enim, ob af  
flictiones suas, alium haber præter te adiutorē.

Quod

## AMOS PROPHETAE.

Quod si tu ab ipsis recesseris, quis quæso auxiliabitur? & ubi manerent misericordia tuae antiquæ? ubi manerent promissiones tuæ, quibus pollicitus es patriarchis, te nomen Israëlis nolle de sub cœlo delere? Hac oratione auersus est furor Domini, & misertus est populi Israelitici, dans eis salutem per Ierabeam regem. Breuissimam audis in propheta orationem, ita ut uix tria aut quatuor uerba dicat, sed plurima impetrat. Debet enim oratio breuis esse uerbis, sed multa & magna, fide. Ne sitis multilogi, ait Christus, non enim in multiloquio, sed in multa fide, quæ est uera deuotio, orans exauditur.

Sic ostendit mihi, & ecce dominator stabat sup muri ppendiculo mensurati & in manu sua (tenebat) ppendiculum. Et dixit dominus ad me, quid tu uides Amos? & dixi, perpendiculum, & dixit dominator & ecce ego potio perpendiculum in medio populi mei Israel, non committam, ut progrederiar ultra in eum.

Et deuastabunt excelsa Isaac, & sanctuaria Israel desolabunt, & consurgat super domum Ierabeam gladio.

## EXPOSITIO

Tertia uisio, deuastationē Israēlis a Salma-  
nessare rege Assyriorum impletam portendit.  
Videt autem propheta Dominū stantē super  
murm mensura sua circumscriptū, & tenentē  
in manu sua perpendiculū, seu regulā latomī.  
Murus autem ppendiculo mensuratus, signifi-  
cat populum Israēlem, quem Dominus effec-  
rat, ut esset murus æreus aduersus omnes ho-  
stes suos. Perpendiculum uero in manu Domi-  
ni, significat Dominum Israēli non additurum  
alia beneficia salutis & liberationis ultra prio-  
ra. Quemadmodum enim latomus terminos  
muri perpendiculo circunscribit, ne lapides re-  
gulam transgrediantur, aut extra amissim pro-  
mineant, ita Dominus terminos posuit benefi-  
ciorum Israēli præstitorum, nec committet, ut  
nouis eos beneficijs afficiat, propterea quod quo  
maioribus beneficijs afficiantur, eo peiores &  
ingratiōres reddantur. Paulo enim ante p ora-  
tionem fidelem prophetarum liberati erant ab  
afflictionibus suis, & in pristinum regni sui sta-  
tum restituti, sed ingratū, tātū beneficij sic obliu-  
scēbātur, ut uictoriam & fœlicem rerū succel-  
sum suis uirtutibus & fortitudini ascriberent.

Ob tantam igitur ingratitudinem & indura-  
tionem propheta nunc non orat (quid enim  
pro impijs obstinacibus oraret?) sed supplici-  
um denunciat dicens, Excelsa Isaac, hoc est, Ber-  
seba, ubi Isaac altare Domino ædificauit, & ta-  
berna-

## AMOS PROPHETAE.

naculum extendit, atq; puteum fodit. Hæc in-  
quam excelsa, quæ uos Israëlitæ ad exemplum  
patriarchæ Isaac, sed non ad fidem eius in Ber-  
seba ædificasti, deuastabuntur, & delubra ue-  
stra, hinc inde ad exemplum patriarchæ Jacob  
seu Israël ædificata, desolabuntur. Quod si fa-  
cis uestris ædibus non parcerur, quid putatis  
futurum de prophanis? Et si non constabunt  
sacra, in quæ uos confiditis, quomodo uos in  
illa confidentes constabitis?

Priusq; autem, dicit Dominus, totius regni  
Israeliticæ deuastationem adducam, uisitabo fa-  
miliam Ierebeami gladio, ut filius eius interficiatur,  
& alius alienæ familiæ pro eo in Israël re-  
gnet. Hoc erit signum & initium malorum, q  
sunt super totum regnum futura. Porro de in-  
terfectione filij Ierobeami sic scribitur 4. Reg. 15.  
Anno tricesimo octauo Azariæ regis Iudæ re-  
gnauit Zacharias filius Ierebeam super Israël in  
Samaria sex mensibus, et fecit quod malum est  
corā Domino, sicut fecerant patres eius. Nō  
recessit a peccatis Ierabeam filij Nabath, q  
care fecerat Israël, Coniurauit autem contra eū  
Sallum filium labes, percussitq; eum palam, &  
interfecit, regnauitq; pro eo. Atq; iste sermo  
Domini, quem locutus est ad Iehu dicens, Filij  
tui usq; ad quartam generationem sedebunt  
de te super thronum Israël. Exinde enim huius  
uerbi, quod Dominus ad Iehu proauum Iera-

## EXPOSITIO

beami regis locutus fuerat, uidet p̄pheta Amos futurū, ut filius Ierabeam, q̄ q̄rtus erat post Iehu, inficiat, Vnde in noīe Domini ait. Consurgam super domū Ierabeam gladio.

Et misit Amazia sacerdos Bethel, ad Ierabeam regem Israēl dicens, coniurauit contra te Amos in medio dominus Israēl, non poterit terra sustinere omnes sermones eius,

Quia sic dixit Amos, gladio morietur Ierabeam, & Israēl transmigratione transmigrabit a terra sua.

Et dixit Amazia ad Amos, Videlis, uade, fuge ad terrā luda, & comedē illic panem, & illic p̄phetes.

Et in Bethel non cōmittas ultra, ut prophetes, quoniam sanctuariū regis est, & domus regni est.

Et respōdit Amos, & dixit ad Amaziam,

## AMOS PROPHETAE

ziam, Nō sum propheta, neque filius prophetæ sed armetarius & colligēs sicut sylvestres. Et tulit me Dominus de grege & dixit ad me dominus Vade ppheta ad populū meū Israel. Et nūcaudi uerbū domini, Tu dicis nō, pphetes sup̄ Israel, & nō loquaris sup̄ domū Isaac. Propterea sic dixit Dñs, Vxor tua in ciuitate fornicabit̄, & filij tui ac filiæ tuæ gladio cadēt, & terra tua funiculo distribuet̄, & tu in terra polluta morieris, & Israel transmigratiōe transmigrabit de terra sua.

Hec est fortuna uerorū pphetarū, quod a pseu do prophetis & episcopis, primū seditionis, de inde h̄eres eos accusent̄. Quas calumnias paſlus est etiā Ieremias, & post ip̄m Christus Domin⁹ noster, unde Amasias episcopus Bethel, in quo καστωρ ἐν κατόπτρῳ pseudoepiscopo & na tura cognoscit̄, audiēs Amos de futura regni Is raelitici deuastatiōe, et familię Ierabeamī deletio ne ppheterant̄ inuocās, quod aiūt, brachiū seculare in iūtū nuncios ad regē Israel Ierabeamū, & ac cu sat prophetā Amos, Primū quod coniurauerit,

## EXPOSITIO

& seditionem commouerit contra regem. Deinde quod rejeiciat cultum diuinū, & prædicet Basilicas templorum deuastandas esse. Cōjurauit, inquit, contra te Amos, clancularia habet conuenticula, ubi contra regiam maiestatem concionatur, & commouet populum ad seditionē, ubi tantas blasphemias in cultum diuinū, qui in Bethel alijsq[ue] locis regni Israel institutus est, effundit, ut mirer terram tamdiu potuisse illas sustinere. Dicit, cultum nosirum esse impietatem, dicit sacra nostra esse idololatriam. O hominē detestandum. Et ultra pergens, prophetat regem nostrum clementissimum gladio interficiendum esse, quod quid aliud est, quod vulgo tradit gladium, ut te interficiatur. Addit præterea, Israēlem captiuum esse a terra sua abducendum. Quid hoc aliud est, quam mendacem facere Dominum Deum nostrū, qui nobis terram hanc in perpetuam haereditatem tradidit, qui populū Israel præ omnibus gentibus in possessionē suā elegit? Proinde iubet rex, ut seditus ille uir, & mendax, et blasphemus occidatur, ne tu seditione populi ab ipso concitata occidas. Vides, quibus calumnijs pseudoepiscopi, ueros concionatores accusent, & quibus scripturis cum ipsis disputatione, uidelicet nō uerbo Domini, sed inuocatione brachij secularis, & meditatione homicidiij.

Porro, cum impius Episcopus Amazia non posset

## AMOS PROPHETA

posset a rege impetrare, ut interficeret Amos, proscriptis & excommunicatis ipsum, atque mandat, ut alio abeat, in regnum Iuda, & dicit: Videntes, hoc est, o Propheta (hoc enim nomine prophetae uocabantur. 1. Reg. 9.) apergit hinc, proprie te e regno Israel, & perge, si uis, ad regnum Iuda, ubi est haereticorum asylum, ubi libenter audiuntur insani, & diuinorum cultuum contemptores. Eo enim tempore regnabat in Iuda Azarias, qui alio nomine Uistas uocabatur, de quo scriptum est, quod fecerit rectum in oculis Domini, unde coniungere licet, hunc regem libenter admisisse in suum regnum ueros prophetas, qui e regno Israel expelliebantur. Impius igitur Pontifex, incolas regni Iuda pro haereticis ducent, eo Amos abire subbet, ut iuxta proverbiū, Similes habebat labra laetucas. Recede, ait, hinc ad regnum Iuda, ut illic tibi prophetando pares, quod edas. Dic ad regem Iuda, ut ipse tibi beneficium aliquod ecclesiasticum conferat. Nam in Bethel non est, quod tibi locus prophetandi relinquatur. Est enim in Bethel sanctuarium regis, hoc est, Basilica a rege in honorem Dei aedificata, & templum Dominicum, ad quod Konfessio omnes regni Israel incolae peregrinatur. Cum glich igitur tu hanc Basilicam reuecias, & cultum huius templi Dominicī cōtemnas, quid est quod Dominus speres, te hic posse diutius cōmorari? Cāλλ' ēst stift.

Kōρεκας, Nā ut nobiscū pphetes nō patiemur.

L 5

## EXPOSITIO

Ad hæc autem responderet Amos. Obedit  
oportet Deo magis, quam hominibus. Tu iur-  
bes ut non prophetem in regno Israel. Contra  
autem dominus iussit, ut in illo regno prophete-  
tem. Nunc an iustum sit in cōspectu Dei, te po-  
tius audire, quam Deum, tui p[ro]le iudicato. Ego  
enim non sum professione propheta, necq[ue] fili-  
us, hoc est, discipulus prophetarum. Nam quæ  
admodum apud Ethnicos erant philosopho-  
rum gymna[st]ia, & apud nos publicæ studiorū  
Scholæ, ubi & sacræ & prophanæ literæ docen-  
tur, ita apud Israelitas eo tempore erant colle-  
gia studiosorum, qui in diuinis rebus a p[ro]phe-  
tis erudiebantur, quos & filios prophetarum  
uocabant. Vnde Helias curru igneo ad cœlit[er]  
ascensurus, uisitat prius hæc studiorum sodali-  
tia, quorum unum erat in Bethel, alterū in Ie-  
richo, tertium ultra Iordanem, ut ipsos in uer-  
bo Domini confirmet, & ad capescendā pieta-  
tem admoneat, quemadmodū scribit 4. Reg. 2.

Negat igit[ur] Amos, se ex discipulis aut studio-  
sis prophetarum esse, uocatum tamē a Do-  
mino, ut regno Israel prophetet. Ego enim, in  
quit, professione mea sum pastor seu armenta-  
rius, melius cognoscens, quomodo colligen-  
de sint sicut sylvestres, quā quomodo prophe-  
tiæ sint tractandæ. Tulit tamen me Dominus  
ab omnibus & colligendis sicutibus, adeoq[ue] man-  
dauit, ut ad populum regni Israel prophetem.  
Domino

## AMOS PROPHETAE

Domino autem mandanti, quis non obsequeretur?  
Proinde etiam si me proscribas, & in exiliu encl  
as, aut sermonem Domini prohibeas, non tamen  
comittam, ut uocationi diuinae non inferuiam.

Et ut scias, me mandatis tuis impiis non ob  
secuturum, ecce etiam contra te ipsum, tuamque fa  
miliam prophetabo. Sic enim dixit Dominus,  
Vxor tua in ciuitate fornicabitur, que est impi  
orum maledictio, quemadmodum scribit Deut.  
28. Vxorem accipies, & alius dormiet cum ipsa.  
Et liberi tui in captiuitate abducentur, atque gla  
dio interficiantur. Quae similiter impiorum male  
dictio est, Deut. 28. Filios generabis & filias, &  
non frueris ipsis, quoniam ducentur in captiuitatem.  
Ad haec quicquid agrorum possides, alijs men  
sura funiculi distribuetur. Nam agros funicu  
lis distribui, testatur etiam Psalmus. 77. Sorte di  
uisit eis terram funiculo distributionis.

Hanc autem maledictionem impletam esse  
opinor, eo tempore, quando Salmanessar rex  
Assyriorum adduxit viros de Babylone, de  
Cutha, de Ana, de Hemath, & Sepharnaim,  
& collocauit eos in ciuitatibus Samariae pro  
filii Israël, ut Samariam possiderent, & in urbi  
bus eius habitarent. Et tu quoque non in terra  
Israël, sed in terra polluta, hoc est, in regione gen  
tium incircumcisarum morieris. Futurum enim est ut  
potus Israël in captiuitatem abducatur de terra

## EXPOSITIO

sua, in Assyrios & Babylonem. Nam & hoc  
inter maledictiones impietatis recenset Levit.  
25. Peribitis inter gētes, & hostilis terra uos cō-  
sumet. Atq; hoc est illorū supplicium, qui per-  
sequuntur Verbum Dei, uidelicet adulterium  
uxoris, liberorum mortes, bonorum direptio-  
nes, exilium, & procul a patria sua occubitus.  
Quæ em̄ persecutores Verbi Dei mala pijs in-  
ferre conantur, ea demum in caput ipsorum re-  
cidūt, ut tandem & corpore & animo pdantur.

## CAPVT VIII.

**S**I costendit mihi dominator Do-  
minus, & ecce canistrum repletū  
fructibus æstiuis.

Et dixit, quid tu uides Amos, &  
dixi, canistrum repletum fructibus  
æstiuis, et dixit Dominus ad me, Ve-  
nit finis super populum meum Isra-  
hel, non committam, ut progrediar  
ultra in ipso.

Et ululabunt cantica templi in die  
illa, dicit dominator Dominus, mul-  
ta cada-

A M O S P R O P H E T A E  
ra cadauera in omni loco proiecien-  
tur silentio.

Quarta uisio confirmatio est tertiae uisionis  
de perpendiculo latomi. Nam & haec captiu-  
tatem Assyriacam portendit. Videt autem pro-  
pheta corbem seu canistrum plenū fructu æsti-  
uo, & ab arbore decerpto, pomis uidelicet aut  
piris, aut sicubus. Et cum Domino interroga-  
ti respondisset, se uidere canistrum repletū fru-  
ctu æstiuo & decerpto, audit rursus, uenit finis  
& decerptio super populum meum Israel, nō  
committam, ut amplius beneficijs ipsum adsici  
am, & fructum inter ipsos faciam. Porro, lati-  
nus sermo, quod ad hunc locum attinet, elegā  
tem Hebrææ dictionis allusionem assequi ne-  
quit. Nam pro fructu æstiuo apud Hebreos po-  
nitur haec dictio קַיִז Kaiz, pro fine autem po-  
nitur קְזֵז Kez. Itaq; cum propheta uidisset cani-  
strum fructuum, hoc est, קַיִז Kaiz, mox spiri-  
tus in expositione uisionis hac equiuoca dicti-  
one, non pro fructu, sed pro fine utitur. Et pro-  
prie haec dictio קַיִז Kaiz, descendit a uerbo  
קָצֵז Kaza, quod significat cōcidere, mutilare,  
& detruncare. Vnde Kaiz significat fructum  
ab arbore decerptum atq; detruncatum.

Potest ergo textus Hebræus, ut quantum li-  
cet allusio uocabulorum seruetur ad latinam  
linguam sic transferri. Ecce canistrū repletū

## EXPOSITIO

fructu decerpto, Et dixit, quid tu uides Amos?  
& dixi, canistrum repletū fructu decerpto. Et  
dixit Dominus ad me: Venit decerp̄tio super  
populum meum Israel &c. Simile huic loco est  
quod Dominus ad Noah Gene. 6. dicit. Finis,  
hoc est, decerp̄tio seu abscisio uniuersæ carnis  
uenit eoram me. In die ergo illa, dicit Dominus  
quando detruncatio regni Israelis aduenerit,  
ululabunt cantica templi, hoc est, cantus tem-  
plorum uestrorum celebris, mutabitur in luctū  
& ululatum, eo q̄ in omni loco proiec̄tur in-  
terfectorum cadauera sine sepultura, nec quisq;  
erit, qui mortuos plangat, sed silētio absc̄q; plan-  
tu solenni, ad plateas proturbabuntur. Vnus  
quisq; enim in tanta hostium sanguinitate, uix suum  
dolorem & calamitatem deplorare, seu poterit  
seu audebit.

Audite istud absorbentes egenū,  
& depredantes pauperes.

Dicentes, quādo præteribit men-  
sis, ut uendamus alimentum, & sab-  
hatum, ut aperiamus frumentum, ut  
imminuamus Ephia, augeamus Si-  
clum, & iniquas faciamus stateras do-  
loosas. Ut possideamus argento  
pauperes,

## AMOS PROPHETAE

pauperes, & egenum propter calcia/  
menta, & quilibet frumenti uen/  
damus. Iurauit Dominus p super  
biā Iacob, si oblitus fuero semper om/  
nium operū illorū. Nunquid su/  
per istud non cōmouebitur terra, &  
lugebit omnis habitator eius, & om/  
nino ascēdet quasi fluuius, expellet,  
& subsidet sicut fluuius Aegypti.

Rursum obīscit sp̄ritus sanctus diuitiis hu/  
ius seculi auaritiā suam (quemadmodum in pri/  
mo capi. audiuimus) qua noctu diuq; sycophā/  
tias, dolos & fraudes ad deglubendos paupe/  
res excogitat. Describitur autē hoc in loco dei/  
Maimonae natura, qui cultores suos nunquam  
sequiē ducere sinit. Cogit enim illos, modo ut  
ēmant, modo ut uendant, modo ut redimant,  
modo ut preciū augeant, & mensurā imminu/  
ant, modo ut dolosa pondera subiiciant. Breui/  
ter, nihil nō molestiarū cultoribus suis exhibet  
Māmon, ut habes Luce. 12. & 1. Timo. 6. Audi  
te igit uos auari, qui egenorū medullā ex ossi/  
bus ipsorū absorbetis, qui dolis uestris paupes  
terre deprēdamini, q; nō aliud in uotis habeis,

## EXPOSITIO

quam ut prætereat mensis, hoc est, Neomeniæ festum, (nam & mensis apud Esaiam ca. 1. pro festo Neomeniæ sumitur) & prætereat sabbatum. In festis enim & sabbato, non est phas, mercimonij emundis & uendundis operā dare. Sunt qui mensem pro mente, quem Embolismalem uocant, & sabbatum pro sabbato teret, quod erat septimo quoquis anno, exponant. Sed altera interpretatio ut simplicior est, ita magis arridet. Hoc unum igitur uos auari optatis, non quomodo Domino Deo uestro in festis & sabbatis seruiatis, sed ut statim prætereatis, adueniantq[ue] dies prophani, ut liceat uobis frumentum uestrum uenium exponere, & merces uestras pauperibus q[uod] carissime obtrudere. Et hic labor, hoc opus uestrum est, ut imminuat Ephesus, hoc est, modium seu menuram, & augeratis Siculum, qui habet uiginti obolos, Exo. 30. Hoc autem loco generaliter pro quoquis merarium precio sumitur. Nec haec tenus iniquitatū uestrarum finis est. Nam et falsas stateras, & do Iosa pōdera subiectis. Lex Domini dicit Deut. 25. non habebis in fuscō diuersa pondera, maius & minus. Item prouerb. 20. Pondus & pondus abominatio est Deo. Vos autem auaros usq[ue] adeo nihil mouet lex Domini, ut præter dolosas stateras, pauperem etiam usuris & ex actionibus opprimatis. Et ut ubiq[ue] compendiū lectemini, quisquillas quoq[ue] & paleas frumentū hoc est

## AMOS PROPHETAE.

hoc est, res nullius precij uenum exponitis .

Audiuitis auari dolos et cupiditates uestras ,  
audite nunc uestra supplicia, lurauit Dominus  
per arrogatiām uestram, qua pauperes prae uo  
bis contemnitis : Si unquam obliuiscar operū  
auariciæ, & iniuriam uestrarum. Est autem  
**Aposiopesis**, iratis admodū familiaris , deficit  
enīm tale aut aliquid huiusmodi , mendacij ar  
guar, ut sit sensus. Nūquam certe committam,  
ut tantorum scelerum obliuiscar , & impunita  
derelinquam . Efficiam enim , ut propter tanta  
flagitia terra commoueatur, & omnes habita  
tores suos in luctum & extreum exitium con  
iūciat . Nam quemadmodū Nilus fluuius Ae  
gypti , qui illuc coloni uice fungitur, cum alueū  
suū ad irrigendam terram egredi atq; euaga  
ri incipit, tūc quicquid supernaturat, egressu suo  
in terram expuit seu expellit, ac postea in alueū  
suū regrediēs ac residens, illuc relinquit. Ita ter  
ra Israel propter iniurias auarorum cōmo  
ta, omnes suos habitatores peccatis sordidatos  
in captiuitatem expuet , & in captiuitate relin  
quet. Tunc, ut Mose inquit, placebūt terræ sab  
bara sua cunctis diebus solitudinis suæ , & quā  
do fueritis in terra hostili, sabbatizabit & quie  
tēt in sabbatis solitudinis suæ, eo q; nō requi  
eueritis in sabbathis uestris , quando habita  
batis in ipsa .

Est & alias in prophetis hoc supplicium au

## EXPOSITIO.

ariciæ decretum, Hiere. 6. Vir cum muliere capi-  
erit, senex cum plene dierum, Et transibunt do-  
mus eorum ad alteros, agri & uxores pariter,  
quia extendam manum meam super habitan-  
tes terram, dicit Dominus. A minore quippe  
usq; ad maiorem omnes avariciæ student, & a  
propheta usq; ad sacerdotem cuncti faciunt do-  
lum, Et cap. 8. Dabo mulieres eorum exteris,  
& agros eorū hæredibus, quia a minimo usq;  
ad maximum omnes avariciam sequuntur. Ie-  
Eze. 22. Usuram & superabundantiam accepi-  
sti, & auare proximos tuos caluniabar, meiq;  
oblita es, ait Dominus Deus. Ecce comploli  
manus meas super avariciam tuam quam feci-  
sti, & dispergam te in nationes, & uentilabo te  
in terras &c. Etenim si Salomone autore, con-  
turbat domum suam, qui avariciam sequitur,  
quanto magis avarorum caterua totam regio-  
nem conturbat & subuerit.

Eterit in die illa, dicit dominator Dñs,  
occidere faciā solē in meridie, & tene-  
brescere faciā terrā in die luminoso.

Et conuertam festa uestra in luctū  
& omnia cantica uestra ad plāctum,  
& ascendere faciam super omnes lū-  
bos saccum, & super omne caput cal-  
uiciem

## AMOS PROPHETA.

uiciem, & ponam eam quasi luctum  
unigeniti, & posteros eius quasi di-  
em amaram.

Explicat propheta tandem, quæ sit ratio, cō-  
ditio & forma futuri supplicij, cuius iam toties  
meminit. In die illa, dicit dominator Dominus  
in die calamitatis & miseriæ, in die captiuitatis  
Assyriace, faciam, ut occidat solis splendor in  
meridie, & inducam super terram tenebras cla-  
ro & sereno die. Nullam autem Solis Eclipsim,  
anno nono Hoseæ regis Israel, quo Samaria a  
Salmanessare rege Assyriorum capta est, facta  
esse legimus. Itaque propheta hoc loco non lo-  
quitur de Eclipsi aliqua in ipso sole, eo tempo-  
re facta, sed de afflicta conscientia iudicio diui-  
no tacta, cui omnia, etiam ipsum lumen, tene-  
bricosa sunt. Est enim prophetis familiaris mos,  
conscientiæ calamitates & afflictiones per solis  
obscurationes, & tenebras exprimere, Ioe. 2.  
Sol cōuertetur in tenebras, & Luna in sangu-  
inem. Iere. 15. Occidit ei sol, cū adhuc esset meridi-  
es. Sic enī est affecta cōscientia, quæ supplicio di-  
uino obruitur. Et tēti ut illuminato per uerbū  
domini oia sunt lucida, splēdida & illuminata,  
etiam ipsa mors & infernus, ita huiusmodi af-  
flictionū tenebris obruto, oia sunt obscura &  
tenebricosa, cuiā ipsa meridies & clarus solle-

M 3

## EXPOSITIO

Splendor. Nam & uulgare dictum fertur (Nulla mihi stella lucet) quo utimur, quoties signifcamus fortunam nobis esse aduersam, nec uspiā nobis affulgere, uel scintillam fœlicitatis.

Hæc igitur prophetæ sententia est, Tanta erit futuri supplicij saueritas, ut præ nimia adflictio ne, etiam solis splendor in meridie pro tenebris iudicetur, & claritas diei pro obscuritatibus. Præterea festi dies, qui summo celebrantur gau dio, commutabuntur in dies luctuosos, & can tus solennes in lugubre carmen. Quod apud Oseam cap. 2, sic explicatur. Cessare faciam omne gaudium eius, solennitatem, neomeniam, & sabbatum eius, & omnia festa tempora eius. Ad hæc faciam, inquit Dominus, ut pro splendidis uestimentis sacco uestiamini, & pro crispanti crine caluicium fiat. Quæ supplicia etiam alij prophetæ minantur, Esa. 3. Pro crispanti cri ne erit caluicium, & pro fascia pectorali cilicium. Et cap. 22. de Hierusalem, Vocabit Dominus in die illa ad fletum, ad planctum, ad caluicium, et cingulum sacci. Similiter Ezech. 7. Accinget se cilichjs, & operiet eos formido, & in omnifica confusio, & in uniuersis capitibus eorum caluicium.

Iam & parentum luctus tunc maximus est, cum moritur unigenitus ipsorum filius, & dies atmarissima, cum uident unius occubitu omnem suam posteritatē interire. Igitur cum Dominus

## AMOS PROPHETAE.

minus Israelitis luctū quasi unigeniti minatur,  
maximum iplis luctum, & horrendos dolores  
minatur, ad quem etiam Hieremias Hieroso-  
lymitanos uocat cap. 6. dicēs. Filia populi mei  
accingere cilicio, & conspergere cinere, luctū  
unigeniti fac tibi, planctum amarum, quia re-  
pente ueniet uaftatio sup uos. Et Zach. 12. Plan-  
gent enim planctum quasi super unigenitum,  
& dolebunt super eum, ut doleri solet in morte  
primogeniti.

Ecce dies ueniunt, dicit dominan-  
tior DOMINVS, & mittam fa-  
mem in terram, non famem panis,  
nec sitim aquæ, sed audiendi uerba  
DOMINI.

Et concedent de mari usq; ad ma-  
re, & de aquilone usq; ad orientem  
circuibunt ad querendum Verbum  
Domini, & non inuenient.

In die illa deficient uirgines pul-  
chræ, & iuuenes siti.

Iurantes per ostias Somron, & di-  
centes, uiuit Deus tuus Dan, & uiuit  
M ,

E X P O S I T I O  
consuetudo Berseba, cadent & non  
resurgent ultra.

Hoc demū grauissimū est supplicium, quod  
nunc propheta minatur, uidelicet fames Ver-  
bi dei. Tamē si enī corpori desit panis, tamē nō  
in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo  
quod egreditur de ore domini, Ablato autem  
uerbo domini, panis corporalis etiāsi corpus  
nutriat ac foueat, id quod tamen non semper  
facit, ut famis tempore fieri uidemus, nihilomi-  
nis manet esuries, in omnibus aduersis & cala-  
mitatibus. Etenim uerbū domini in fame est ci-  
bus, in siti potus, in paupertate diuitiae, in infir-  
mitate sanitas, in ignominia gloria, in luctu gau-  
dium, in desperatione spes, in aduersis conso-  
latio, in morte uita, in peccatis iustitia, adeoq;  
in inferno cœlum. Itaq; si uerbū Domini absti-  
leris, uide obsecro, quam non malorum Iliada  
post te relinquas. Tunc enim panis non nutrit  
nec potus inebriat ( nam & ppheta sic ait, Co-  
medent & non saturabuntur) Diuitiae non iu-  
uant, sanitas non prodest, gloria uana est, gau-  
dium quanidum, spes nulla, mors præsentissi-  
ma, peccata damnantia, & infernus ardentiſſi-  
mus. Quæ ergo maior & seuerior pœna exco-  
gitari posset fame uerbi Dei & Athoc affici-  
untur suppicio, quotquot dilectionem uerita-  
tis non recipiunt. Aequissima enim lex est, ut  
qui ue-

## AMOS PROPHETAE.

qui queritatem reiiciunt, mendacio credant, & qui Christum abominantur, Antichristo fidem adhibeant. Cum igitur Israëlitæ multos ueros prophetas audirent, & clarissimam ueritatis lucem haberent, noluerint tamen respicere, & fideli obedientia Verbum Dei capessere, sed potius contempserint, & prophetas persecuti sint, iustissimo Dei iudicio sit, ut auferatur ab ipsis Verbum Domini, & quamvis postea quærant, circumuiagantes de uno loco in aliū, de mari usq; ad mare, ab Occidente & Septentrione usq; ad Orientem, non tamen inueniāt. Colligendum enim est dum messis fuerit, propterea quod cum ianuae clausæ sint, dicitur ad Iohann. 12.  
hos qui foris stant, nō noui uos. Vnde & Christus discipulos suos hortatur, dicens, Ambulate donec lucem habetis, ne uos tenebræ occupent. Qui ambulat in tenebris, nescit quo uadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut si in lucis sitis. Ad Pharisæos autem ait. Quare me, nec inuenietis. Quare & quia dum uobis quærere licebat, & inuentu facilis essem, reiiciebar a uobis. Quam pertinaciter autem Israëlitæ Verbum Domini reiecerint, testatur scriptura. 4. Regum. 7. sic dicens. Testificatus es DOMINVS in Israël & Iuda, per manum omnium Prophetarū & uidentium, dicens. Reuertimini unusquisq; a uis uestris pessimis, & custodite præcepta mea & ceremonias, iuxta

## EXPOSITIO.

omnem legem quam præcepí patribus uestris  
& sicut misi ad uos in manu seruorum meorū  
Prophetarum , Qui non audierunt , sed in  
durauerunt ceruicem suam, iuxta ceruicem pa-  
trum suorum &c. Iratus igitur Dominus abstu-  
lit illos a conspectu suo, & priuauit eos uerbo  
suo, percussitq; eos amentia, furore mentis, cæ-  
citate, ut palpent in meridie, sicut palpare solet  
cæcus in tenebris. Nec cæcitate solū mētis affli-  
xit, uerum etiā corporalibus eos supplicijs ita af-  
fecit, ut uirgines eorum pulcherrimæ siti defe-  
cerint, et adolescentes fame interierint. Quod si  
uirgines & adolescentes deficiant, quæ spes erit  
posteritatis? Ergo cum uirgines & iuuenes de-  
fecisse dicuntur, significat totam Israēlis posteri-  
tatem a Domino abiectam & contemptam.

Aīq; tam seuera supplicia ideo Israēlis acci-  
derunt, quia magis considebant in cultus suos  
fictitios, & in sacra sua hypocritica, quam in ue-  
rum dominum Deum nostrum. Quoties enī  
iurabant, non amplius dicebant, Viuit Domi-  
nus, quæ est iuramenti forma apud Hebreos,  
sed iurabant per delictam Samariæ , hoc est,  
per hostiam quæ in Samaria pro delicto offer-  
tur. Iurabant per cultum diuinum in Dan, ubi  
erat uitulus aureus, dicentes, Viuit deus tuus  
Dan. Iurabant quoq; per morem & consuetu-  
dinem sacrorum, quæ siebant in Berseba. Et  
ideo per hæc iurabant, quia in ista omnem suā  
spem

## AMOS PROPHETAE.

spem & fiduciam collocabāt. Juramenta autē talia fuisse opinor, qualia apud nos sunt missariorum & hypocritarū, qui aliquid affirmaturi dicere solent, hoc quod dico tam uerum est, quam certum est me hodie uidisse Dominum creatorem meum, in officio sancte missæ mutari & tractari. Et sicut Israelitę iurarunt per sacra quæ siebāt in Dan, & per consuetudines sacrorum, quæ in Berseba obseruabantur, ita illi iurare solent per sacram missam, & per officium presbyterij sui. Quod certe non facerēt, nisi in missam aut reliqua Papistica sacra, fiduciam suam collocarent.

Itaq; q; hoc loco Dominus Israelitis minatur, & postea per Salmanassarem regem Assyriorum completū est, hoc idem sciant omnes hypocritæ impij, sacrī papisticis deuoti, sibi dictum esse, & ni resipiscant, in ipsis quoq; si nō in hoc sæculo certe in futuro longe omnium se uerissime complendum. Nam quod propheta hic dicit, cadent & non resurgent ultra, hoc probe impletū est in Israelitis. Semel enim p̄ regem Assyriorum e finibus regni Israel pulsi, nunquam ad sedes suas, quemadmodum regnum Iuda sub Cyro, reuersisunt, sed in perpetua captiuitate & cætitate remanserunt, adeoq; in perpetua damnatio remanebūt.

E X P O S I T I O  
C A P V T I X.

**V**idi Dominum stantem super altare, & dixit, Percute cardinem, ut moueantur limina, & uulnerabit caput omnium, & posteros eorum gladio interficiam, non effugiet ex ipsis quisquam fuga, & non liberabitur ex ipsis qui euaserit.

Si perfoderint ad infernum, inde manus mea tollet eos, & si ascenderint ad coelum, inde detraham eos.

Et si absconditi fuerint in uertice Carmeli, inde scrutans auferam eos, & si caelauerit se ab oculis meis in fundum maris, ibi præcipiam serpentem, & mordebit eos.

Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi præcipiam gladio, & occidet eos, & ponam oculos meos

## AMOS PROPHETAE.

meos super eos ad malum, & non ad bonum.

Et dominator DOMINVS Zebaoth percutiet terram, & liquefcet, & lugebunt omnes habitantes in ipsa, & ascendet sicut fluuius omnis, & residebit sicut fluuius Aegypti.

Aedificat in celo ascensiones suas, & fasciculum suum super terram fundat, uocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus non men eius.

Quinta uisio significat deuastationem templorum, seu cultuum diuinorum in Samaria, populi intersectionem. Vedit enim Amos Dominum stantem super altare, & iubentem, ut percussiantur cardines ianuariorum, & commoueantur limina, hoc est, ut templo & delubra in Samaria omnia deuastentur. Quod autem tunc Amos spiritu impleri uidit, hoc postea ipso facto revealatum est, & impletum per Salmanessarem. Porro, non soli uidet Amos templo deuastari,

## EXPOSITIO

uerum etiam omnium capita uulnerati, & Dominum audit dicetem, se omnes posteros illorum gladio intefecturum. Nec quenquam posse fuga sua effugere, aut euasione sua liberari. Si, inquit, usque ad terrae profunditatem descenderint, si ad coelos ascenderint, si ad montis Carmeli uerticem fugerint, ut illic sese abscondant, si in maris abyssum sese cœlauerint, aut etiam in captiuitatem abducti fuerint, non tamen mortis & occasio-  
nis iudicium effugient.

His autem uerbis significatur, neminem posse effugere diuinum iudicium, nec ullas esse latreras tam occultas, nec ullum asylum tam rursum, nec ullam corporalem fortitudinem tam potenterem, nec ullam prudentiam carnalem tam astutam, nec ullam scientiam tam doctam, quæ nos a diuino iudicio liberare possit. Ratio quidem humana, consilia carnalia, vires & auxilia huius mundi, efficiunt nonnunquam ut euadamus periculum, sed ut euadamus Dei iudicium, nulla creature efficere potest. Et multi etiam miraculis euaserunt pericula, sed non potuerunt evadere Dei iudicium. Plerique omnes Israelitæ effugerunt Pharaonis tyranidem & gladium, pmare rubrum, sed plures illorum reprobavit Deus in deserto, qui Pharaonem quidem effugerant, sed iudicium Domini effugere non potuerant. Saul monomachia Davidis evasit e manibus Philistinorū, non tamen propterea iudicium Dei

## AMOS PROPHETEA

Dei euasit. Si enim, ut Hiob ait, ad potentiam  
respexerimus, Deus robustissimus est, si ad ali-  
ud iudicium appellauero, quis alias iudex ap-  
pellationem recipiet? Si ad iustitiam nostram re-  
spexerimus, nonne iusticia nostra est sicut pan-  
nus menstruaræ? Nam, si latebras quæsiueri-  
mus, quo obsecro diuertemus, ubi non præsen-  
tem reperiamus Deum? Si lonas potuit manus  
Domini effugere in uentre ceti, & tu poteris.  
Vel Cainum mihi respice, qui fugiebat qui-  
dem a Domino, sed adfligentem Dominum  
effugere nō poterat. Quo a facie tua, inquit Da-  
uid, fugiam, & quo ibo a spiritu tuo? Si ascen-  
dero in cœlum, tu illic es, si descendero ad infer-  
num ades. Si sum psero pennas meas diluculo,  
& habitauero in extremis maris, etiam illuc de-  
ducet me manus tua, et tenebit me dextera tua.  
Quo ergo peccatores futurum iudicium Dei for-  
midantes, se se uertere debet, ut illud effugiant?  
non ad potentiam carnalem, non ad auxilia  
humana, non ad iusticiam propriam & electi-  
tiam, sed ad resipiscientiam, quæ unica via est, ef-  
fugiendi & euadendi iudicij Dei, alioqui nisi se  
ad resipiscientiam conuertant, audient a Domi-  
no sicut Israelitæ. Ponā oculos meos super uos  
in malū, & nō in bonū, et sicut ante lētatus sum  
uobis beneficiēs, uosq; multiplicans, ita lēta-  
bor, disperdens uos atq; subuertens, ut aufera-  
mini de terra, ad quā possidēdā ingressi estis.

## EXPOSITIO

Porro quia uos Israelite non per resipiscen-  
tiam, sed per propriam fortitudinem, iudicium  
dei euadere conamini. Ideo, ecce Dominus pul-  
sabit terram, ut sicut aqua defluat, atq; in aqua  
colliquefaciat, omnesq; habitatores suos in luctu  
coniiciat. Quemadmodum enim Nilus Aegypti  
stato anni tempore, alueum suum egreditur, ad  
irrigandam totam terram Aegypti, postea autem  
in alueum suum residet. Ita terra a Domino pul-  
sata, et in aquam liquefacta undiq; euagabitur,  
& late quo suncq; habitatores inuenierit depo-  
pulabitur, donec in suum alueum reuertatur.

Hac autem similitudine Propheteta nihil aliud  
uult, quam ut ostendat, nihil esse tam firmum,  
tam stabile, tam forte, qd commouente Domi-  
no constare possit. Quid firmius terra? Hæc ta-  
men si a Domino commoueatur, liquefcet ut  
aqua, egredietur alueum suum, & residebit, que  
admodum flumina solent. Iam si a facie Domi-  
ni terra non constat, quomodo habitatores ei-  
us constabunt? Si terræ stabilitas cedit diuinæ  
cōmotioni, & fortitudo humana nō cederet?

Nam ut bene cognoscas, nullam potentiam  
quantumuis fortēm, posse diuino iudicio resi-  
stere, consyderanda tibi est diuina omnipoten-  
tia. Quis enim est Dominus Deus noster? Ipse  
est, qui ponit ascensiones, seu gradus soli sui  
in cœlo, & fundat fasciculum seu sarcinulam sui  
am super terram, hoc illud est, quod Esaias dicit.

## AMOS PROPHETA

tit, Cœlum mihi sedes est, & terra scabellū pēdū meorum. Quid enim terra in conspectu Dei est, nīl sicut sarcinula quēdam parua, in tergo uiatoris, aut scabellū sub pedibus sessoris? Et in Hieremias dicitur, Cœlum & terrā ego impleo. Sic enim Deus in cœlo habitat, ut nīl ominus interim in terra negocietur, opereatur, & omnia administret, usq[ue] adeo, ut ne stilla quidem pluviæ sine eius nūnu & iussu in terram cōdere possit. Ipse enim est, qui maris aquas sursum eleuat, & rursus in terram effundit. Quis igitur illius potentiam effugere queat? Si montes a facie Domini sicut terra fluunt, quis tu es, qui tantæ fortitudini resistere posses? Proinde si non succumbere uelis, resipisce. Resipiscencia enim mouetur Dominus, ut omnipotētia misericordia, & iram fauore commutet,

Nonne sicut filij Aethiopum uos mihi estis filij Israel, dicit Dominus? nonne Israhel ascendere feci de terra Aegypti, et Philistium de Caphthor & Syros de Cyrene?

Ecce oculi dominatoris Domini super regnum peccans, & conteram illud.

## EXPOSITIO

illud a facie terræ, ueruntamen non  
conteram cōtritione domum Iacob,  
dicit Dominus.

Quia ecce ego præcipio, & concu-  
tiam inter omnes gentes domum Is-  
rahel, quē admodum uentilari solet  
cribro, si non cadat lapillus ad terrā.

Gladio morientur omnes pecca-  
tores populi mei, dicentes, non ap-  
propinquabit, neq; adueniet super  
nos malum.

Tamen si Amos seuera authoritate, futuram  
regni Israhelitici deuastationem diligenter in-  
culcaret, & crudelia per Verbum Domini mi-  
naretur, populus tamen Israel omnia pro ludo  
& risu æstimans, nihil prorsus minis propheti-  
cis mouebatur, sed potius securitatem sibi pro-  
mittebat e beneficijs, quę Dominus quondam  
huic genti contulerat. Dicebāt enim, qui fieri  
potest, ut e terra illa expellamur atq; ejciamur,  
quando Dominus dederit ipsam Israeli in he-  
reditatem: Si uellet nos ab hac regione expel-  
lere, & in captiuitatem tradere, non liberasset  
nostram ualida manu etyrannide Pharaonis,

non

## AMOS PROPHETA.

non induxisset nos tantis miraculis in hanc terram. Nunc autem cum occisis Cananensis nobis hanc regionem dederit possidendum, qua ratione nunc nos expelleret?

Hanc uanam fiduciam in priora beneficia, quæ summa ingratitudine & nulla resipiscencia acceperant maiores Israelis, cõceptam rehicit nunc Amos, ostendens etiam alijs gentibus talia beneficia contigisse. Sed quia illa acceperit sine fide & resipiscencia, nihil ipsis pluisse. Nonne, dicit D O M I N U S , sicut uos filii Israël mihi estis, ita sunt & filii Aethiopum: nonne si cuuos liberaui de terra Aegypti, & transposui in terram Chanaän, ita euam posteritatem Chus, unde Aethiopes descendunt, in aliam terram transtuli? Et quemadmodum ascendere uos feci de terra Aegypti, ita etiam eduxi Philistijm de Caphthor, quam uolunt esse Cappadociam, & Syros de Cyrene, ad quam tamen postea rursus electi sunt, sicut scribitur. 4. Reg. decimo sexto.

Iam, ut his gentibus non parcitur, quod beneficio diuino ex alia in aliam regionem tralatæ sunt, quoniam pro tanto beneficio non fuerunt gratæ, nec acceperunt ex fide, nec per hoc in cognitionem ueri Dei assurrexerunt, sed quo

N

## EXPOSITIO

pluribus afficiebantur beneficijs, eo plura ex cogitabant idola. Ita uos Israëlitas nihil iuuabat q̄ maiores uestri diuino beneficio ex Aegypto liberati, & in hanc terram collocati sunt, propterea quod beneficium non agnoscitis, nec illicius gratitudine animi memores estis, sed hinc licentiam peccandi sumentes, maiora semper flagicia designatis. Cum igitur oculi Domini non sunt personarum respectores & admiratores, ex æquo peccatores, siue illi sint Israëlite circumcisæ, siue gentes incirccisæ affliget, atq; a facie terræ suæ in qua habitant, ejicit. Non enī respicit Dominus in iudicio suo, quantū quis beneficiorum acceperit ab ipso, sed quanta gratitudine & fide illa acceperit, quam diligēs obseruator mandatorum suorum fuerit, quantā in operibus suis fidem & iusticiam præstiterit.

Nam, ut Paulus ait, circuncisio nihil est, præputium nihil est, ita & liberatio e terra Aegypti nihil est, incessus per mare rubrum sicco pede nihil est, manna uesci in deserto, & bibere aquā de petra nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei, aliquid est. Itacq; ut maxime gloriemini de prioribus beneficijs in uos collatis, & securitatem uobis ex illis possitcamini, non tamen effugietis, quo minus e regno uestro in exiliū, & captiuitatem ejiciamini, quin potius, quo maiorē

## AMOS PROPHETAE.

majoribus beneficijs affecti estis, eo peius in sit  
dicio diuino audietis, si non resipuetitis, & di-  
gnos pœnitentie fructus feceritis. Potentes po-  
tenter tormenta sustinebunt. Et, Væ tibi Chor-  
azin, uæ tibi Bethsaida, quoniam si in urbe Ty-  
ri aut Sidonis factæ fuissent uirtutes, quæ factæ  
sunt in uobis, olim in sacco & cinere scelerum  
suorum pœnitentiam egissent. Attamen dico  
uobis, Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die  
iudicij, quam uobis

## VERVNTAMEN NON conuertam &c.

Hactenus Spiritus sanctus in Propheta ge-  
neratim omnibus Israëlitis grauissimas afflic-  
tiones denunciavit, & proposuit eis D O M I-  
N V M Deum nostrum, non ut patrem, sed  
ut tyrannum, ut carnificem & tortorem, qui  
non aliter totum Israëlem tractare uelit, quam  
abieciissimas & imp̄iſſimas quasq; gentes in-  
circuncisas. Nunc autem, ne si qui adhuc intet  
Israëlitas p̄ij reliqui sunt (solet enim D O M I-  
N V S etiam in media impietate, sua habere  
septem millia, qui non curuant genua ante Ba-  
al) penitus desperant, incipit paulatim mitesce-  
re, & paternū Dei animū erga pios & spiritua-  
les Israëlitas, quasi per transennam ostende-  
re, ut ip̄os in pietatis officio & firma fidei

N 2

## EXPOSITIO

petra contineat, dicens. Veruntamen domum  
Iacob contritione nō conteram, hoc est, Tam  
etsi ejus iam Israēlitas e regno suo, & dispergam  
eos in omnes gentes terræ, non tamen sic eos  
affligam, ut omnino conteram. Quassabo qui  
dem calatum, sed non confringam, extinguā  
quidem lumen, sed fumigationem non extin  
guam. Habeo enim adhuc meos electos inter  
Israēlitas, habeo, qui nomen meum adorant, q  
matidata mea obseruant. Hos etiam si e regio  
ne regni Israēlitici proturbauero, non tamen  
penitus conculcabo,

Nam quemadmodum si triticum lapillis, pa  
leis & quisquilijs commixtum fuerit, agricola  
in manus suas uentilabrum accipit, & repur  
gat aream suam, ac cribro triticū a paleis & la  
pillis separat, & triticum quidem congregat in  
horreum suum, paleam autem exurit igni, ita  
D O M I N V S Israēlitas inter omnes gen  
tes incircuncisas dispersos, afflictionibus quasi  
cribro quodam purgabit, & bonos quidē con  
gregabit in horreum suum, & in summam fœ  
licitatē collocabit, malos autem & peccatores  
populi sui tradet gladio interficiēdos, eo quod  
nunc ad comminationem prophetarum mini  
me resipiscant, sed potius securitatem sibi pro  
mittant, dicentes; Non appropinquabit super  
nos ma-

## AMOS PROPHETAE

nos malum. Nos enim sumus populus Dei, & nobis dedit Dominus terram hanc in hæreditatem, quomodo igitur expelli possemus?

Hæc enim est impiorum natura, quod primum Verbum D O M I N I contemnunt, Deinde e carnalibus suis bonis, & ficticijs suis sacris securitatem & pacem sibi polliceantur. Vnde apud Esaiam ca. 28. dicunt. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus patrum. Flagellum inundans cum transierit, non ueniet super nos, quia posuimus mendacium, spem nostram, & mendacio protecti sumus. Et Hiero. 7. Liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas.

Cæterum quod hoc loco Propheta dicit (at tamen non conteram contritione domum lacob, dicit D O M I N V S, ex Leuitico cap. 16. repetitum est, ubi sic scribitur. Attamen cū essent in terra hostili, non penitus abieci eos, neq; sic despexi ut consumerentur, & irritum sacerem pactum meum cum ipsis. Ego enim sum D O M I N V S Deus eorum, & recordabor sœderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Aegypti, in conspectu gentium, ut essem Deus eorum.

N 3

## EXPOSITIO

In die illa suscitabo tabernaculum  
Dauid, quod cecidit, & muro cingā  
rupturas eius, & destructiones eius  
restaurabo, & regdificabo illud, sicut  
a diebus antiquis.

Vt possideant reliquias Edom, et  
omnium gentium, super quas no-  
men meum inuocatum est, dicit Do-  
minus faciens illud.

Ecce dies ueniunt, dicit Dominus  
& appropinquabit arator ad messo-  
rem, & calcans uvas ad seminatorē,  
& stillabunt montes mustum, & om-  
nes colles liquefcient.

Et conuertam captiuitatēm popu-  
li mei Israēl, & ædificabunt ciuitates  
desertas, & inhabitabūt, & plātabūt  
uineas, & bibent uinum earum, &  
facient hortos, & comedent fructus  
eorum,

Et plan-

## AMOS PROPHETA.

Et plantabo eos super terram suā,  
& non euellentur ultra de terra sua,  
quā dedi ipsis, dixit DOMINVS  
Deus tuus.

Vel tandem post sequerissimas minas, dulcis-  
simae consolationes proponuntur, & cū Amos  
hactenus truculentum egerit legis exactorem  
atq; expositorem, nunc agit Euangelistam sua  
uissimum. In die illo, ait Dominus. Quo die  
certe non potest intelligi de externo reditu po-  
puli Israelitici in regnū Samariæ. Nam postea q̄  
Israel a finibus suis per Salmanassarem regem  
Assyriorum pulsus est, deducti sunt in Samari-  
am coloni ex Babylone alijq; regni Assyriaci  
locis, ut illīc habitarent, nec uspiam Israēlem re-  
gnū Samariæ recuperasse legit. Nec intelligi  
potest de reditu ex illa captiuitate Babylonica.  
Nam ex illa captiuitate redierunt tantū in Hie-  
rusalem & ciuitates Iuda, qui erant e tribu Ben  
Iamin & Iuda, hoc est regnum Iuda, non au-  
tem regnum Israēl, quod ad sua nunquam re-  
uersum est. Et si omnino aliquis contēderet de  
reditu ex captiuitate Babylonica intelligendum  
esse, luce tamen clarius patet, quod hæ benedi-  
ctiones quæ hic enumerantur, nō sint in ea libe-  
ratione completa. Nuncq; em Iudæi post reditū

N 4

## EXPOSITIO

¶ Babylone dominati sunt Idumæis & genti-  
bus, quibus antea David dominabatur.

Proinde aliud quærendum est tempus, alius  
inuestigandus est dies, quo completa sunt, quæ  
hic Amos spiritus sancti afflatu prophetat. Nō  
autem aliud inuenire diem possumus, quam  
diem illum salutis, & tempus illud acceptum,  
quo Dominus Deus noster emisit filiam suum  
unigenitum, DOMINVM nostrum Iesum  
Christum, factum ex muliere, factum sub lege,  
ut eos qui legi erant obnoxii redimeret, ut ad  
optione Ius filiorum acciperemus.

Sic autem inquit Dominus per Prophetam,  
In illa die suscitabo tabernaculum Dauidis col-  
lapsum, & muro cingam rupturas eius, quæ  
de carnali quidem tabernaculo dici uidentur,  
sed tamen de restauratione spiritualis taberna-  
culi intelliguntur. Dicitur enim IESVS Christus  
Dominus noster tabernaculum Dauidis,  
propterea quod de familia & progenie Daui-  
dis genitus sit. Erat autem hoc tabernaculum  
collapsum, quia promissus quidem fuerat Christus  
Dauidi, quemadmodū habetur. 2. Reg. 7.  
Sed hæc promissio longa dilatione, diuturnis  
captiuitatibus, & uarijs Israëlitarum discrimi-  
nibus, quibus subinde magis atque magis ob-  
ruebantur

## AMOS PROPHETAE

ruebantur, in tantam mendacijs suspicionem us-  
nerat, ut fere contemneretur. Itaq; Christo ad  
ueniente, uere dicitur tabernaculum Davidis  
collapsum, restauratum esse, & rupturas eius  
muro cinctas, ut pristino statui restitutum, ueri-  
tatem promissionis diuinæ declararet.

Et quem admodum David inditionem su-  
am rededit Idumæos, Moabitas, Syros, Philisti-  
nos, & reliquas gentes, ut scribitur pri. Chro-  
ni. 1s. Ita Christus DOMINUS nostro, spiritu  
oris sui, & uerbo Euangelij, quod Apostolo-  
rum ministerio in omnem terrarum orbem ex-  
iuit, ad suam ditionem uocauit gentes ex om-  
nibus nationibus, & dominatur a mari usq; ad  
mare. Nam illud quod hic dicitur, ut posside-  
ant reliquias Edom &c, ad uocationem gen-  
tium respicit. In hanc enim sententiam Iacobus  
Apostolus illum locum citat ACTOR. 15. dicens,  
Viri fratres audite me, Symeon narrauit, quæ  
admodum primum Deus uisitauerit, ut sume-  
ret ex gentibus populū in nomine suo, & huic  
consonant uerba prophetarum, sicut scriptum  
est. Post haec reuertar, ac rursum ædificabo ta-  
bernaculum David, quod collapsum est, & di-  
ruta eius instaurabo, & erigam illud, ut requi-  
rant qui reliqui sint homines Dominū, & om-  
nes gentes super quas inuocatum est nomen

N 5

## EXPOSITIO

meum, dicit Dominus, qui facit hæc omnia. Ce-  
terum, ut hoc obiter annarem, quod in Amos  
dicitur (reliquias Edom) in Actis pro (Edom)  
habetur (homines) Diximus em̄ anteā, Lucā  
Actorum Apostolicorum scribam Gr̄ecorum  
exemplaribus in adducendis scripturarū testi-  
monijs usum esse. Gr̄ecus autem interpres pro  
Edom legit homines. Siquidē פָּרָן quod ho-  
minem significat, & פָּרָן quod significat Idu-  
mæos, eisdem literis, licet non eisdem punctis  
scribuntur.

Quid autem erit futurum, si tabernaculum  
Dauidis restauratū fuerit, hoc est, si Iesus Chris-  
tus e familia Dauidis nascatur? Ecce, dicit Do-  
minus, dies ueniunt, quibus tanta erit fertilitas,  
ut arator contingat ad messem, & calcator  
uuarum ad seminatoře. Hæc em̄ benedictio in  
lege promissa est ambulantibus in præceptis  
Dei, Leuit. 26. ubi sic effertur, Apprehēdet mes-  
sium tritura uindemiam, & uindemia occupa-  
bit sementem, & comedetis panem uestrum in  
saturitate. Ad hæc montes pro aqua effundent  
mustum, & omnes colles dulci fluent lacte. Quod  
etiam Dominus per Iohannem cap. 2. promittit di-  
cens, Stillabunt montes dulcedinem, & colles flu-  
ent lacte.

Per has autē corporales benedictiones intel-  
liguntur spirituales, quibus in Christo Iesu Do-

## AMOS PROPHETAE.

mino nostro benedicimur, qui iuxta Paulum benedixit nos omni benedictione spirituali in cœlestibus. Qui enim sunt in Christo Iesu, omnium rerum abundantiam possident. Nihil inquit Paulus habentes, & omnia possidentes. Tametsi enim omniū rerū egestate pī preman tur, tamē quia possident Christum, qui est omnium bonorum thesaurus, montes alioqui ari di effundent ipsis mustum, & colles alioqui ie iuni, lactis abundantiam proferent. Sic & Esa. Christianorum benedictionē describit dicens, Hæc dicit Dominus, ecce serui mei comedent, et uos esurietis, ecce serui mei bibent, & uos siuetis, ecce serui mei lætabuntur, & uos confundemini.


Postremo etiam aliud beneficium populo meo præstabitur. Conuertam, inquit, captiuitatem populi mei, liberabo eos ab omnibus aduersarijs suis, & collocabo eos in terram suam, ut illuc ciuitates desertas & deuastatas regrediscant, & tunc ædificabunt domos, quemadmodū obediētibus diuino mādato, in lege promissum est, et inhabitabūt in eis, plantabūt uineas, & bibent uinū ipsarū, plantabūt horitos, & comedent fructus illorū. Et omnino sic firmabo eos in terram hæreditatis suæ, ut in æternū nunq̄ euelli atq̄ eradicari possint. Atq̄ hęc nō


## E X P O S I T I O.


homo quispiam mendax, sed Dominus Deus  
cui nomen est Zebaoth, decreuit. Iterum uero  
sub nominibus corporalium benedictionum,  
intelliguntur spirituales. Quot enim fide Christum  
Iesum, plenū gratia & ueritate possident;  
hi ab aduersarijs suis Satanæ angelis liberabun-  
tur, omnium rerum benedictionem consequī-  
tur, quando mundis & benedictis omnia sunt  
munda & benedicta. Postremo in illam patri-  
am transferuntur, quam Patriarchæ inqui-  
serunt, quam C H R I S T U S Do-  
minus noster I E S U S sanguine  
suo præparauit, qui est nostra  
sapientia, iusticia, sanctifi-  
catione, & redemp-  
tio. Amen.

FINIS.

Haganœ in officina Seceriana  
Anno salutis M. D.  
XXXIII. Men  
se Martio.








773001-C

CON 11069893



215

913 - 15

